



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Opvcvlvm Decimvmnonvm. De vitandis Iudicijs temerarijs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

N I C O L A I  
L A N C I C I I

E S O C I E T A T E I E S V  
OPVSCVLVM SPIRITVALE

DECIMVM NONVM

De vitandis iudiciis temerariis.

I N D E X C A P I T U M

H V I V S O P V S C V L I .

P R O O E M I V M .

Prima causa vitandorum iudiciorum temerariorum est, ne seuerè ob illa iudicetur à Deo & ab hominibus. CAP.I.  
Secunda causa, exempla Dei & Christi, in Humanitate qui in corrigendis excessibus humanis, cauerint, ne quid patereatur detrimenti humana existimatio. CAP.II.

Tertia causa est, status rerum humanarum talis, in quo nulla est res, nulla actio, que à maligna mente & lingua condemnari non posse. CAP.III.

Quarta causa, maligne mentes & lingue, etiam Dei facta & dicta carperent & condemnarent similia in aliquo, factū & dictū hominum, si non scirent facta & dicta esse à Deo. CAP.IV. & V.

Quinta causa est multiplex malitia in temerariis iudicis delitescens. CAP.VI.

Sexta causa permisso Dei, occultantis magnas dona in seruis suis, velata aliquibus defectibus. CAP.VII.

Septima causa, quia plura in nobis mala videntur quā in aliis, ideo potius nos, non alios iudicare debemus. CAP.VIII.

Ottava causa quia ad Deum & eius vi-

carior tantum spectat alios iudicare id que non temere. CAP.IX.

Nona causa quia fugientes iudicia temeraria, Deo placent. CAP.X.

Decima causa, quia in Christū redundat inturia quam patiuntur temere ab hominibus iudicati. CAP.XI.

Vndeclima causa, quia Deus ostendit miraculis ne alios temere iudicemus. CAP.XII.

Duodecima causa, quia sapientia bona sunt, & ob bonum ac necessarium finem facta, qua à quibusdam improbabantur temere. CAP.XIII.

Quando licet vel non licet iudicare proximum, traduntur regula. CAP.XIV.

Certa Media adhibenda, ne in usu harum regularum peccetur. CAP.XV.

Quid alij Patres fecerint & dixerint contra iudicia condemnativa aliorum. CAP.XVI.

Viri spirituales & bona fama non condēnandi ob humanos affectus tanquam imperfecti, quia hi fuerūt in viris sanctissimis sine praejudicio eorum sanctitatis. CAP.XVII.

## PRO O E M I V M.



T communi morbo, valde dif-  
fuso, aliqua remedia adferam,  
agam de causis vitandorum iudiciorum  
Regulis quæ tenenda sunt, ne  
in iudicando alios, etemus, & de remediis ad  
vitandum hoc vitium. Valde enim nunc viget  
in multis, adeo, ut quod olim dicebat S. Chry-  
sostomus lib. 1. de compunctione cordis: Ab hoc vitio  
neque seculi homines, neque Monachorum vitum faci-  
lè inuenies liberum, ed quod, ut ait S. Nazianzenus  
or. 26. homines sint promptissimi censores alieno-  
rum operum, tardi iudices suorum. Aliena enim vita  
in oculis habemus, inquit Seneca l. 2. de ira c. 28. à  
tergo nostra sunt. Homines etiam ut ait Themisti-  
cius or. 17. Ex rebus inter se maximè contrariis, ca-  
lumniandi occasionem arripiunt. Sile Philosopher! Maledictio insultant, tanquam pra imperitia dicendi,  
sibi grantiatem affingat. Ad discordem se componit!  
Reprehendunt velut ex Philosophie casis in Rhetori-  
ces transuentem. Si quid admoneat, nugari: si laudet;  
assentari: si quid culpet, atrabile laborare dicitur: si  
in regiam veniat, proter institutum facere: si domi se  
contineat, superuacuum terra pondus iacere: si Remp.  
expessat, ambitiosum: si ab illa recedar, nullius vñs idē  
esse contendunt. Quid cum hominibus adeo morosis  
gamus, qui quo nos collocent loco, non habent? Id de  
nostris quoque temporibus dici potest: ita hoc  
vitium est longè lateque diffusum, estque tale  
quod non tantum iudicanti nocet, sed etiam  
aliis. Nam illius malo impulsu carpuntur Super-  
iores, PP. Spirituales, Concionatores, Profes-  
sores, Magistri, Discipuli, Oeconomi, Operarij,  
Domestici, externi. Est enim unum ex radicibus  
magna libertatis in loquendo de aliorum  
defectibus, quam omnes incusamus, & tamen  
ferè omnes habemus, ideo de hoc malo om-  
nes impotentes, omnibus nocentes, loquendum  
est, ut causa omnium agatur, & ut omnes ab  
hoc vitio abhorreant, cui etiā viri sancti quan-  
doque sunt obnoxii.

2. S. Catharina etiā sancta, testatur se hoc vitio  
laborasse antequam a Domino edocta fuisset,  
ne quenquam iudicaret. Ideo c. 108. dial. Deum  
Patrem in rapto alloquens, dixit: Tradidisti mihi  
medicinam optabilem contra quandam occultam &  
gritudinem, quam etiam ignorabam, nec illam agnos-  
cebam, instruendo me, quod nullatenus ego indicare  
profumam aliquam rationalem creaturam, & prae-  
cipue seruos tuos, de quibus aliquando velut excata &  
agrotans, hac eram infirmitate corrupta: quia sub col-  
orata specie tua honoris atque salutis animarum, ego  
temerè iudicabam. Non mirum, tum quia multa  
contingit videre in aliis non perfecte facta vel  
dicta, tum ob inclinationem quandam naturæ  
corruptæ ad iudicandum temerè. Difficile nam-

que est, inquit Socrates, apud Xenoph. l. 2. de  
factis & dictis Socratis, uta quicquam peraguerit  
nihil erres: quod si etiam sine errore quisquam aliquid  
peragat, difficile est, non inquinum iudicem reperire.

## CAPUT PRIMUM.

Prima causa vitandorum iudiciorum te-  
meriorum.

E St, ne, seuerè iudicemur ob talia iudicia  
Deo, & ab hominibus. Etenim in die illo ma-  
gno, inquit S. Chrysostomus hom. in illa verba  
Apostoli, Salutare Primum to. 4. Non solù de hī  
que nos peccauimus, sed & de his que non peccauimus,  
sed & de his que in aliis sententiā rūsum, om-  
nino iudicabit nos Deus. Et quod sepe natura leue pe-  
catum est, hoc graue & incondonabile fit, dum pe-  
cans alium iudicat. Fortè non satis claret quod di-  
ximus, igitur clarius dicemus Peccavit aliquis, & alium  
idem committentem peccatum condemnauit, is in die  
illo valde amaro non eam penam luet, quam peccati  
natura exposcit, sed maiorem quam duplē & tri-  
plē, non propter id quod ipse peccauit, sed quod aliu-  
m iudicauit. Et ideo in eum sententiā feret Deus.  
Et quod hoc verum sit, es bis que tam facta sum &  
contigerant, demonstrabo. Nam Pharisæus quam  
ipse nihil peccauerat, sed & insulè vixerat, & multa de  
se predicare poterat, qui tamen publicanum vi-  
tatem, auarum, & iniquissimum condonauit. Iustus  
catus non est, & ad maiorem quam penam feruntur.  
Inquit, quod si is qui nihil peccauit & peccantem alium  
(qui manifestus erat omnibus) verbo brevi condemna-  
uit tantam tactus fecit, & in tantum est panitia,  
qui multum quotidie peccant, aliorumque vitam con-  
demnant, etiam ignororum, cogita quamam suscep-  
tunt penam, quomodo omni ventia excedunt. In qua  
nam iudicio iudicatis, inquit Dominus, & vos iudicabi-  
mini Luc. 6. 37. Mat. 7. 1. Et in qua mensura mis-  
sueritis, remetetur vobis. Scilicet, ut exponit idem  
S. Chrysostomus hom. 14. & Author imperfe-  
cti hom. 17. & S. Augustinus lib. 2. de scem. Do-  
mini: Beda & Euthymius. à Deo: & alij expo-  
nunt, etiam ab hominibus. Iusto enim iudicio Dei  
fit ut qui curiosè in aliena facta inquirunt, ca-  
que seuerè condemnant, permittantur à Deo  
labi in similes defectus, & ob eos puniantur, &  
ab hominibus quoque condemnentur. Hoc le-  
tuerū iudicium contra temerè iudicantes, olla-  
dit Deus his modis.

Primo agere ferendo talia iudicia. Nil, inquit  
S. Dorotheus ser. 6. magis aversatur, & abominat-  
tur Deus, quem proximum iudicare, ut praelare om-  
nes afferant Patres nostri; quandoquidem nihil penit-  
nihil deterius, quam proximum iudicare confundit.

Et

Et. infra: Nihil adeo prouocat Deum ad irem, nihil ita hominem spoliat, & omni prestito ac virtute de-  
nudat, nec non ad summum discrimen adducit, ut contra proximum obloqui, ut proximum diudicare ac condemnare. Ex his erroribus, inquit idem Sanctus ibidem, dubio procul sit, ut in eadem *vita* prolabamur, que ipsi damnaueramus in aliis.

Cum anno 1616, lostrarem Romæ Bibliothecam vaticanam, incidi in librum manuscrip-  
tum græcum dictum Geronticon, vias Patrium continentem: Nece præter multa pulcherrima exempla inneni Senis cuiusdam ex-  
plum, ita de leipo narrantis. Cum esset, inquit,  
in remotissima eremo, venit ad me ex cenobio frater  
quidam refectionis gratia, cumque de Patriis inter-  
rogasset, quomodo valerent, & ille respondisset, precū  
tuarum ope recte valent, scilicet sum insuper de  
quodam fratre sinistra fama, & ille mihi: credo, ait,  
Pater, nondum à fama illa liber es. Quo audito. Os.  
dixi: Et continuo corripuit somno atque ecclasi, visus  
mibi sum in Caluaria Monte esse, ibique Christum Iesum  
Dominum in medio latronum videre, cumque ad  
orandum accederem, ac propior iam esset, Angelus ad-  
stantibus magnâ voce imperauit dicens: Eicte hunc  
foras quia Anuichristus mibi est, priusquam enim ego  
inducem, ipse Fratrem suum indicauit. Itaque cum vi  
pulsus egrederer, adhesit pallium meum in ianua, qua  
repente clausa est, & illo relicto abiit, statimque exci-  
tatu sum, & considerans qua videram, fratri qui ad-  
uenierat dixi: Insulta mihi hec dies; Et ille: qua de  
causa Pater? Cumque illi omnia narrasset, adiecit pal-  
lium meum. Dei protectione quâ fruebar, & nunc illâ  
priuatus sum. Atque ex eo tempore tanquam in con-  
petitu Domini glorie, septem annos peregi in desertis  
ambulans, & panem non gustaui, nec teatum subiij, nec  
cum homine vlo colloctus sum, quod iterum vidi  
Dominum meum in Caluaria, qui simuliter imperauit  
mibi reddi pallium meum.

Merito ergo S. Catharina Senensis loquens  
cum Deo in dial. c. 97. perebat, ut doceretur de  
quibusdam à Deo Patre vt, inquit, vitaret quodlibet iudicium falsum erga creaturas, & præcipue cir-  
ca seruos tuos: ed, quia mihi videatur huiusmodi iudi-  
cium esse causa, vt anima fias à terrena. Et morti  
proxima vti scribit B. Raimundus in eius vita  
lib. 1. c. 23. inter alia monita qua testamenti vice  
reliqui filii & filiabus suis spiritualibus tunc  
congregatis, vnum fuit, ne quem vnamque iudica-  
rent. Et dixit esse necessarium ad acquirendam veram  
puritatem mentis, custodire nos ab omni iudicio pro-  
ximi, & à sermone quois de factu proximi, & vt in  
omnibus Dei voluntat attenderetur, qui omnia per-  
mitit ad bonum finem. Vnde cum multa efficacia,  
tanquam certa de hac veritate, constanter affirma-  
bat non debere hominem villam ob causam quenquam  
iudicare id est contempnere, vel condemnare, quamvis  
oculus cerneret manifestum peccatum, quandoquidem  
Deus talen non retinet nec condemnat, immo propriū  
Sanguinem dedit pro illo. Et solebat ore Dei adun-  
gere hac verba: Multos ob id non seruat, esse impedi-  
Lancicij Opus. Tom. 2.

tos à vita perfectione, quam acquisiuerint tanquam  
veri Sancti Dei, ob excellentiam operum. Magnum  
est hoc signum Deum agrè ferre iudicia sicut  
tra de proximis, quando ob ea negat perfe-  
ctionem, aliqui dandam ob opera bona iudi-  
cantis alios temerè.

*Secundò ostendit Deus eandem severitatem,*  
contra iudicantes alios temerè, permittendo ut  
censores aliorum in illa ipsa incident, propter  
qua alios condemnarent. S. Vincentius tract.  
vita Spirit. c. 8. ait: Si non vi corruere, noli alios iu-  
dicare &c. Nam siud communiter accidit quod qui-  
cunque alium in aliquo iudicat, Deus tandem per-  
mittit eum in illum defectum cadere, vel maiorem.

Extat huius rei pulcherrimum exemplum  
apud Cassianum l. 5. c. 30. de Abbatte Machete:  
Hic, inquit, senex cum institueret nos, neminem iudi-  
care debere, inutile tria susse, in quibus discusserit vel  
reprehenderit fratres: quod scilicet vuam sibi nonnulli  
paternerent abscondi, quod haberent in cellulis sagum,  
quod oleum benedictenes exposcentibus secularibus da-  
rent, & hac omnia se incurrisse dicebat. Nam agitu-  
dimen vuæ contrabens, tam diu inquit eius languore  
discubui, donec tam doloris necessitate, tam Seniorum  
omnium abortatione compulsa, abscondi eam per-  
mitterem. Cuius etiam infirmitatis obiecta, sagum  
quoque habere coactus sum. Oleum etiam benedicere,  
ac supplicantibus dare, quod pra omnibus execraberat,  
repote iudicans. illud ex magna presumptione defen-  
dere, circumstantibus me repente secularibus multis: ita  
constrictus sum, ut alter eos nullatenus euadere pos-  
sem, nisi à me summâ vi, & obtestationibus extorsis-  
sent, vt ablato ab eis vasculo, manum meam impresso  
cruis signaculo superponerem; itaque se credentes be-  
nedictionis oleum consecutos, me aliquando relaxarunt.  
Quibus mihi manifestè compertum est, in idem caufis ac  
vitis Monachum obligari, in quibus de aliis iudicare  
presumperit. Oportet ergo vnamque semetipsum  
iudicare tantummodo, & circumspecte cauteq; custo-  
dire in omnibus, non aliorum conversationem vitam  
que discutere, secundum illud Apostoli præceptum: Tu  
autem quid iudas fratrem tuum r suo Domino fiat  
aut cadit. Et illud: Nolite iudicare, vt non iudicemini,  
in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Et  
semper fuit iste Dei mos, per illa punire alios,  
per qua peccabant, vel per qua peccati sui po-  
terant commonebantur.

Quærit Procopius Gazæus cur prima plaga  
Ægyptiorum fuerit conuersio fluminum in  
sanguinem. Responderet, ad ostendum peccatum  
eorum, quod fuit occisio tot infantium proie-  
ctorum in flumina. Filii Aaron igne pecca-  
erunt alteno illato ad sacrificia, per ignem quo-  
que sunt puniti. Leuit. 10. v. 1.

David violauit vxorem Vriæ 2. Reg. 11. 4. e-  
ius quoque vxores violauit Absalon 2. Reg. 16.  
v. 22. iuxta prophetiam Nathan 2. Reg. 12. II. Da-  
vid occidit Vriam per hostem 2. Reg. 11. Deus  
quoque eius filium occidi permisit 2. Reg. 13.  
Quæsivit ad mortem Davidem Absalon, sed

Fff 3 mor-

mortuus est ipse, & quidem in quercu. Nam apud antiquos querna virga, erat symbolum regni, & cum tot foliis pingebatur, quot habebat Prouincias. Quia ergo regnum ambebat, in ligno, regni simbolo suspensus est. Volebat esse superior alii, factus est superior pendens ē ligno; erat iniurias Patri à quo alimentum habuit, peperdit ex illa arbore, cuius glandibus homines, ante tritici vsum inuentum alebanunt; iumento vtebatur ad assequendū patrem fugientem, à iumento fugiente; ad assequendum suspendium deductus est, suspensio vitam finiit, sicut finiuit eius Consiliarius Achitophel, qui occasione eiusdem sceleris se suspendit. Sic plane qui condemnant aliorum vel conuersationem, vel conciones, vel sermones &c. Deo permittit eadem in illis condemnantur. Ne ergo id nobis contingat, abstinentum à temeritate iudicandi alios.

Quod si non in similia virtutia Deus permittit labi censores aliorum, certe in graui vita finit eos ruere. Scribit Palladius in hist. Laus. §. 34. de quadam virginē Hierosolymitanā qua saccum gestauit sexennio & fuit inclusa, nec aliquid accepit ex iuā quā tendunt ad voluptatem, postea autem à diuino deserta auxilio, propter summam superbiam lapsa est, & aperita senectrā admisit eum qui ei inserviebat, & cum eo fuit comixta, ed quid non diuino proposito & ex charitate se exercuerat, sed ut humanae scena seruiret quod quidem est vana gloria & praua instituti. Quomodo autem ad hanc superbiam perueniret, subdit statim: Nam cum eius cogitationes occupata essent in damnanda aliis, initaretur autem furor à dāmone superbia, eoque valde delectaretur, ab ea recepsit Sāntus Angelus custos temperantia.

Tertio, Deus ostendit eandem severitatem in temerite iudicantes, quia ob talia iudicia, alii poenis afficit & amicos suos, & inimicos. Condemnauerat olim Maria Moyse, non quidem in re graui, sed vt benē notat Caietanus, quod prætextu longæ orationis diu cum Deo, raro cum vxore versaretur, & saepe ab ysu matrimoniū abstinenter. Quae res eti laude digna erat in Moyse, grauiter tamen leprā immissa à Deo punita est in Maria, quia hanc ob rem condēnabat Moyse. In qua pœna notanda sunt aliqua. Prīmō quod lepra illa tantum faciem eius texerit, vt colligunt ex Num. 12. vers. 12. quia qui temerite iudicant, dicuntur in Scriptura secundum faciem iudicare: Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate Ioan. 7. v. 24. Secundo, orans Moyse pro Maria rogat, ne ob lepram hanc fiat quasi abortiuia, & mortua, quæ epithera conuenient temerite iudicibus. Nam vt abortiuum, fœtus est immaturus: ita temeraria iudicia denotant immaturum iudicium: qui enim maturè ponderat omnia, excusat facile omnia, securus faciunt stulti. Hinc benē Spiritus S. ait Ecclesiastis 10. v. 3. Stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos estimat.

Temerite vero iudicantes mortui vocati possunt, quia qui viuum est membra non surgit contra alterum membra. Sunt enim ut inquit Apostolus 1. ad Corinθ. 12. v. 25. 26. pro inuicem sollicita membra, & si quid patitur, num membrum, compatitur omnia membra, sic gloriantur vnum membrum, congaudent omnia membra. Sic & amicos Job temerite eum iudicantes & condemnantes, increpauit Deus dicens Job ultimo v. 7. ad Eliphaz Themanitem: Itratu est furor meus in te, & in dīcō amicos tuos, quoniam non es locutus coram me rectum. Et tamen hi amici, videntur valde spiritualiter locuti de Deo, Dei que rebus, & condemnando Job, videbantur hæc pretendisse, vt causam Dei agerent, & humiliarent Job tanquam elatum, & se Deo componentem, nec Deum valde timientem. Itatu est, dicit Sacer textus Job 32. v. 2. Illa aduersus Job ed quod iustum se diceret coram Deo, & v. 21. idem ait: Non accipiam personam viri, & Deum homini non aquabo: Et cap. 33. vers. 12. Hoc est ergo, in quo non es iustificatus, respondere tibi, quia manus sit Deus homine: Et vers. 13. Aduersus eum contendit, quod non ad omnia verba responderit tibi: Et c. 34. vers. 5. Quia dixit Job, iustum sum, & Deum subseruit iudicium meum: & vers. 6. In iudicando enim me mendacium est violenta sagitta mea absque ullo peccato.

Hunc ipsum Dei morem ostendit S. Gregorius lib. 3. Dialog. c. 6. Cum enim Regi Totila occurrisset Cassius Narniensis Episcopus in illa Urbe, quod Cassio ex conspersione hepatis semper facies ruberet, hoc Rex non confessione esse creditit, sed asidua potationis, eumque omnimadē despexit: sed omnipotens Deus, vt quantuī vī esset, qui despicietur, ostenderet, in Narniensi campo, quo Rex aduenierat, malignus spiritus, coram omni exercitu eius Spatarium inuasit, eumque resoniter erubet. Qui cum ante Regis oculis ad venerandum virum Cassium fuisse adductum, hunc ab eo vir Domini oratione factā signo cruci expulit, qui eum ingredi viterius non præsumpsit. Sicut factū est, vt Rex Barbarus, seruū Dei, ab illo iam die venerari ex corde, quem despectum valde iudicauit ex facie.

Conscientia quoque inquietudo & mortis solet esse pena iudiciorum talium. Censores aliorum solet Deus exigitare magnis melanconitis & tristitia. Vnde cum in Vitis PP. apud Russinum l. 3. n. 100. & Rosweyd. pag. 516. col. 1. Quidam frater requisitus Abbatem Pāmonem, dicens: quid faciam pater, quoniam conturbat à tristitia ei senex: Neminem pro nibilo afficias, nullum condemnes, nulli detrahas, & dabit tibi Dominus requiem. Cauendum ergo nobis est à iudicis temerariis, ne diuina contra nos iudicia malo nostro sentiamus.

Quarto, in altera quoque vita Deus specialiter tales punit. Ideo Dominus S. Mechilidi Virginis Ord. S. Benedicti reuelauit, magni esse iuris munis cum homo iudicat proximum suum: quem si

injuste iudicaverit, reus erit tanti sceleris, quantum esset ille, qui fecisset hoc malum, quod de alio iudicatur. Quod si bona etiam fecit id, quod de eo dicitur: tamen qui nesciens intentionem faciente, secundum consuum & sensum eum indicat; tam reus erit ex ipso iudicio, quam ille quis rem ipsam perpetravit: & nisi pauperrimo diluat; simili pena, quam ille promeruit, qui hoc malum fecit, & ille subiacebit. Sic habetur 1. cap. 7. in fine, spiritualis gratiae S. Mechtildis.

## CAPUT SECUNDUM.

Secunda causa vitandi iudicia temeraria est

**E**xempla Dei & Christi misericordia, qui sumptuose cavit etiam in corrugis excelsius humanis, ut ita divina, iustitia fieret latitudo, ne quid humana existimatio pateretur detrimenti, & nos haberemus documenta, non facile alios condemnandi. Consideremus huius etiam aliqua insignia exempla.

Primum exemplum sit in Adamo & Eva. Scimus quam graue fuerit Adae peccatum, per quod peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit. Roman. 5. versu 12. Quim suam tamen Dei iudicium & condemnationem fuit Adam?

Primo non statim inuolauit in Adamum, sed perambulauit in paradyso, idque non nocte, quando est tempus horridum, sed post meridiem, tum dixit: Vbi es? non addidit peccator, inobediens, causa tot malorum, et si id vere dicere potuisset, & cum andisset dici: Vocem tuam audiri in paradyso, & timui, eò quod nudus essem, & abscondim: Deus videns huc insinceritatem, dum causam timoris celat præcipuum, scilicet peccatum, & nuditatem esse ait: Deutamen non condemnauit tanquam insincerum, occasione tamen eius dicti, suauiter ostendit cauam præcipuum eius te, inobedientiam: & quod illius timoris & pudoris causa non esset nuditas, sed ipsius met inobedientia, dixit: Quis enim indicauit tibi, quod nudus essem, nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti: indicauit peccatum, suscepit iudicium, & condemnationem.

Obliteratum hoc à S. Chrysostomo: post hac scripta inueni in hom. 23. in epist. Roman. in mor. Cum inquit, transgressum increparet, vide quam mansuetè. Non enim illi dicebat: Secelesse, cum tanta beneficia per me receperis, post illa omnia fidem habuisti diabolo, benefactoremque tuum relinques, attendisti malo domini. Sed quid dicebar: quis tibi dixit quod nudus sis, nisi quod de ligno de quo solo ne comederes tibi præceperam, comedisti. Quem-

admodum si pater cum filio ne macharam contingeret, præcepisset, deinde cum non obediueret, vulneratusque iam esset, diceret, unde vulneratus es? Hinc scilicet, quod me non audiisti. Agnosca verba plus amici quam Domini: amici inquam, contempti quidem, neque sic tamen ab amore cessant. Adam ergo videns tempus sibi dari excusationis amplioris: Muli, inquit, quam dedisti mihi (scacite in Deum referens cauam, eo modo, quo Dominus seculari diceret amico irato, ob famulum eius sibi initium, sibi ab eo commendatum vel datum ad obsequia, vel seruam aliquam.) Dedit mihi de ligno & comedì. Deus adhuc iudicium & condemnationem derinet, dissimulat excusationem fruolam Adæ, & sui tacitam accusationem, nihil amplius de eo cum eo loquitur, sed vt solent iudices, qui volunt liberare aliquem in iudicio, leui data occasione ex dicto eius, relinquunt examen facti, & digrediuntur ad aliud. Dixit ergo ad mulierem, credens quod feceris, quia scriebat, & quia testis erat oculatus Adam, omni exceptione maior, nondum damnat, sed quasi dans occasionem vt le purget, & libera euadat à sententia ait: Quare hoc fecisti non dicit: quare seduxisti Adamum, quare tam multorum malorum causa fuisti, quare peccasti. Nil horum ait, sed, quare fecisti. Peccatum non est opus, sed nihil, vt ait S. Augustinus in c. i. Ioan. opus tamen vocat. Illa ait: Serpens decepit me, & comedì. Tacuit, quod dederit etiam Adamo, enīque deceperit: Deus tamen & hoc dissimulat, & non condemnat. Propter hoc autem inquit S. Iren. l. 3. c. 37. interrogat eos, vt ad mulierem veniret accusatio, & illam proflus interrogat, vt ad serpentem transmiseret &c. & sic eā relicta, serpenti ait: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terra &c. à Serpente nō inquit, non interrogat cur fecerit, sed statim condemnat. Cum serpente ita agit, quia libertatem arbitrii non habuit, quia bene operari non potest, quia peccare vii animal irrationalis non potest, quia non per se, sed per dæmonem qui in eius forma apparuit, Eum decepit: & tamen hic condemnatur. Adam & Eva non cōdemnauit, sed postea, non tam citè, differebat quantum poruit. Condemnatio autem qualis? Primo non vocat deceptricem, malam &c. sed nolens confundere, peccati mentionem nullam facit, non exprobrat, tantum pœnam infligit, quemadmodum quam habuisset etiam si Deus eam ore suo non promulgasset: nam perdita innocentia, non poterat patere sine dolore. Deinde pœnam hanc temperat spe rei desideratae, cum pœna ipsa coniungendæ. Matres desiderant præolem, olim præserit, ob quam & sancta steriles se affligebant in eius defecitu.

Multiplicabo arumnas tuas, en pœna; & concepis tuos: en mel tempētans cōdemnationis felicitate.

*in dolore paries: pœna, condemnatio filios, en cōsolatio: tum ob prolem, tū quia mascula, quod matribus gratum esse solet: sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui, sed inde habebis auxilium, defensionem, consolationem. Adamum posterius condemnat, quia posterius peccauit, grauius, quia grauius: nam & nobis nocuit. Nominat quidem clarè eius peccatum, sed cum tribus circumstantiis. Primi p̄m̄mittit occasionem peccati aliunde ortam, vt ita minus confundat: quia audiūisti vocem vxoris tuae. Secundo, non dat ei titulum è peccato ortum, inobedienti, noxi &c. Sed solum factum eius malum cōmemorat, & comedisti de ligno, ex quo præcepérant tibi ne comederes. Tertio, peccati damna securita in aliis, & in eo nata non commemorat, ne exprobret. Pœnam autem talem infligit: Maledicta terra in opere tuo, non super eum qui merebatur maledictionem, sed super terram imminet, qualem benedictione temperat: Spinas & tribulos germinabit ibi: res viles pro sepibus ad arcedos fures, bestias, & comedes herbam terra, utilis & necessaria pœna, immo pœna est maior carere hac pœnâ. In sudore vultus tui (pœna) veseris pane tuo (consolatio) donec revertaris in terram de qua sumptus es. Quasi dicat, ne sis tristis, non erit hoc in æternum. Quia vero mors est etiam res exosa, vt minus sentiret mortis securitatem decrebat, temperat, congruentia necessariâ, quasi dicat, æquum est, vt æquo animo feras id: Quia puluis es, & in puluorem reueteris. Ut autem leniret hanc pœnam, fecit ada & vxori tunicas pelliceas, non tantum dedit pelles, sed & tunicas ex illis fecit, ut faciunt boni Domini, qui non contenti date pannum, etiam vestes suo sumptu consuunt, & consutae dant: plus, & induit eos. Sicut mater filium atque filiam ipsa induit, vt videat an aptè vestes carni adhærent ex amoris teneritudine id faciens. Sicut olim Rebecca volens Iacobum placere Patri suo, vestibus Elsâ valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum, pelliculasque hedorum circumdedit manibus, & collis nuda protexit. Gen. 27.15. 16. At Deus totum Adamum & Euam vestiuit loco filiorum, quid opus erat? Respondet S. Ireneus 1.3. c.37. pro tali tegumento, scilicet foliorum fucus, quod mordet & pungit corpus. Dominus qui est misericors, tunicas pelliceas induit eos. Eiecit eum è paradise, miserans eum, vt non perseueraret semper transgressor, & à ligno vita transfluit, non inuidens ei lignum vita, sed miserans eum: ne immortale esset, quod erat circa eum peccatum, & malum interminabile, finem inferensem per carnis resolutionem & mortem. Vel vt ait S. Chrysostomus hom. 23. in ep. ad Roman. Quod, inquit, paradise illos eiecit, laborique adiudicauit, & magis illum adorare & admirari oportet. Quoniam enim ad istam sacerdiam delicia illos deduxerant, abscessâ latitiâ tristitiam veluti murum sacerdicia propulsando prestruxerit, quatenus ad dilectionem suam reueteretur. Vide pluta hac de te in*

hac homilia, de suavitate Dei in puniendo.

Ecce iudicium & condemnatio primi peccatoris in terra, & tam grauius peccatoris, facta à Deo omnium Domino, habente odium peccati omnibus grauius. Si ergo in te Deo norā, tam graui, tale fuit iudicium Dei, qualecſe cōuenit in re occulta, non tam graui, si ab æquali naturæ homine ferendum sit & bene ergo Christus ait hodie: Estote misericordes sicut & pater vester misericors es.

Secundo, hæc Dei misericordia appetit in murmuratione Aaron non puniā. Numer. 12. vbi Deus volens punire. Primi ait v.4. Egredi mihi vos tantum tres: non vult coram aliis multis loqui eis, ne occasionem det iudiciorum temeritorum, si alij audirent, idque non ad domum aliquam priuatam, in quam periuis est & frequenter omnibus accessus, sed ad tabernaculum foderis, ad quod non tam sapienter solebant venire, vt ad domos suas, vt res esset quâm occultissima. Quo descendit Dominus in columnâ mib⁹, & stetit in introitu tabernaculi, quasi nubes aliorum ingressum: & tunc ad se non vocauit Moſen, sed Aaron & Mariam, eosque ibi folos increpauit, nolens etiā Moſen scire hoc, & ita iratus contra eos abiit. nec Moſes id tunc recessit à Deo, sed ab Aaron postea. Mariam proſa appauit, non Aaron. Cur? quia cum non putaret Deus expedire, vt hoc in iultum esset, voluit tantum Mariam condemnare sine Aaron, quia eius bona opinio, vt Summi Sacerdotis erat magis necessaria apud populum quia Mariæ.

Hanc ipsam misericordiam ad refellenda mala hominum iudicia ostendit Deus post mortem Aaron, cum Moſe, dum eius corpus occultauit. Nam primò corpus eius occultauit, vt quidam sentiunt, ne latrâ adoraretur à gente ad idololatriam propensa. Secundò, non genuit homo sepulchrum eius usque ad presentem diū. Deut. vlt. 6. Curcùm tot alia sepulchra minus celebrium nota esse voluerit. Sancte Gen. 23.19. Isaac, Rebeccæ, Iacobi, Lia. Gen. 9.30.31. Iosephi Gen. vlt. 13. nec tantum bonorum sed etiam malorum, qui coturnices desiderauerant; sepulchra erant nota Num. 11.34. Moys autem adeo laudat à Deo Num. 12.3.7. Exodi. 32.11.37. Deut. vlt. 10. & sequ. tot prodigii sicut illistris. Dei Pharaonis, sepulchrum est ignoratum. Causa est, ne mala esset de eo hominum opinio, quia enim sepelivit eum Deus in morte, ex quo apparebat terra promissionis & ex quo Deus eam ei immediate ante mortem ostendit Deut. vlt. 1.4.5. Si locus sepulchri eius scetur, venientes eo hopines animi gratia, visoloco & terrâ promissa, habuissent occasionem vel cogitandi de eius peccato, ob quod à terra promissa exclusus esset, vel loquendi. Ne ego esset horum iudiciorum occasio, locum occultauit.

Quod

## XIX. DE VITANDIS IUDICIIS TEMERARIIS.

632

16. Quod cum Superioribus Ecclesiasticis fecit Deus, idem cum temporalibus. Quærerit B. Thedoretus q. 16. in 2. Reg. Cur filium David recens natum mori voluit Deus? Respondet: quia viuis suis fecit argumentum sceleris David ex Vrbe vxore eum habentis. Pij ergo Regis & Prophetæ sui curam gerens, non sicut enim vivere, ne daretur occasio iudicis, et si veris, similis tamen, & sermonibus Nam Sap. 4. 6. dicitur: Ex inquis somniis (id est concubitu) filij qui nascuntur, sepes sunt nequitia aduersus parentes in interrogatione sua. Eodem stylo vñus Rex Salomon: quamvis à David occisi Vrbe homicidium esset manifestum, & Deus nollet ædificari ab eo templum, quia vir erat sanguinum 1. Par. 22. 8. cap. 28. 3. quod etiā de iusta effusione sanguinis in bellis iustis potuit intelligi, vt intellegit Procopius Gazeus in 13. Reg. & Diodorus apud Lippom. in caten, in ex. 15. præteritum cum Davidis iniusta effusio tantum semel contigerit 3. Reg. 15. v. 5. & iusta frequentius. Vnde de hac maior erat ratio id dictum à Deo cogitandi: tamen quia id poterat cogitari, etiā verē, de peccato eius, noluit Salomon, etiā iam notum, immo redundans in reuerentiam & commendationem templi futuri, apud Hiram gentilem conciliandam occultauit, sed aliam causam scriptis ei, scilicet occupationes bellicas 3. Reg. 5. 3. Sic Deus eum purgat 3. Reg. 15. ed quod fecisset David rectum in oculis Domini, & non declinasset ab omnibus que preceperat ei cunctis diebus vita sua, excepto sermone Vrbe Hebrei, hoc est, excepto adulterio cum vxore Vrbe, & homicidio Vrbe. Vbi nota. Non vocat homicidium, non peccatum, non opus, sed sermonem; quia verborum peccata, ceteris paribus, sunt leuora quam operum. Deinde non dicit sermonem Bethabae, etiā per eam sapiens Deum offendit, cum tantum semel per Vrbe, semel occisum, quia illud poterat magis confundere Davidem Sanctum Domini Prophetam, quam homicidium, quod in homine bellico non ita videtur hominibus fædum, vt luxuria in Sancto homine.

17. Quod Deus fecit, hoc & Christus, filius eius fecit in hac materia. Vnde de eo dici potest, etiam quoad hoc, Io. 5. 19. Non potest filius à se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quicumque enim ille fecerit, hec & Filius similiter facit. Io. 8. Adducitur Christo in adulterio reprehensa v. 3. idque in templum, coram omni populo, qui scandalizari poterat ex conniuientia Christi; præteritum quia Pharisæi citarunt legem ex Leu. 20. 10. de tali lapidanda latam: præteritum quia faciebat eos querere, quid cum illa esset faciendum, tentantes, vt possent accusare eum v. 6. præteritum cum persecutarent interrogantes eum v. 7. tunc Iesus capit scribere in terra digno, quid re communiter dicunt, maximè S. Hieronymus in Comment. peccata Sacerdotum,

qui eam adduxerant, eius peccatis majora, Scripsisse, vt ea legentes, vt erant curiosi inspectores Christi factorum, confunderetur, & ab ea etiā reā, tamen accusandā desisterent. Cum non dixit eis peccata exterius, ne eos infamaret, cur nō scolpīt in patiete, vel loco alto ne videarent alij, sed in terra, vt illi soli qui malicerem circumdecederant, tantum viderent, & desisterent à condemnatione, etiā mala & reæ, tamen malo animo facta: & cū illi insisterent interrogantes. Christus iterum scribebat volens eos vincere suā patientiā. Nota duo quæ postea subfecuta sunt.

18. Primi, quia omnes, etiā fuerunt multi (nam omnis populus eo venerat v. 1.) exierunt unus post unum, & notat S. Euangelista quod primū Seniores, qui eam accusabant exierunt, ipsi instigatores primū cessarunt, ita vt solus Iesus cum solā manserit. Secundū, absoluīt eam dum esset sola, quia cum dicturus esset: Mulier ubi sunt qui te accusabant? nec hoc voluit dicere ad illam coram aliis, ne etiam indirecte, peccati ob quod erat accusata, faceret mentionem. Deinde cum eā solus remanere voluit, quasi cōcilians ei vti honesta, autoritatem & non suspecta; tandem ait: Nec ego te condemnabo, vade & iam noli amplius peccare.

Enī Christus peccatum publicum, probatum, in templo &c. texit, confundens iudices veros, sed inordinatos, quid faciet iis, qui leua, incerta, occulta, falsa iudicant cum damno corum: Nolimus ergo esse Christo meliores, & magis iusti, sed eo corde, quo Deus nostros defectus videt, aliorum defectus, si qui sunt, aspiciamus, non condemnando eos temere, excusando eos dum possumus, vt in die iudicij misericordia apud iustum Iudicem nostrum omnium inueniamus.

### CAPUT TERTIVM.

Tertia causa est horum iudiciorum fugientium.

19. Status rerum humanarum, qui eis modi sunt, vt non sit villa res, villa actio, villa persona tam perfecta, & Sancta, quæ non possit condemnari, si homo velit suo iudicio & censuræ laxare habendas, & non conuertere res in bonam partem. Vix aliquid, inquit S. Bonaventura in apoloq. quest. 6. sit tam purè, quin posset ab aliquo sinistre interpretari, quasimale fiat. Et vt res hæc quasi à fundamento explicetur, ponderanda sunt variae actiones variorum Sanctorum, de quorum Sanctioni nullus esse potest apud nos dubitandi locus. Vnum tantum commando lectoribus huius Opusculi, vt quando actiones Sanctorum non dignas vituperatione referam, quæ à temerariis hominibus improbari

probari possent, reflexione quādam, reuocent sibi in memoriam alias similes actiones aliorum, qui solent interdum similī censurā iniusta à temere iudicantibus notari, & tanquam virtosæ improbat, vt ita discant corrigerē sīnistra iudicia, & sermones de factis aliorum:

20. Pulchrè hoc docuit S. Chrysostomus to. 4. hom. 16. in ep. Rom. Quemadmodum, inquit, circumcidētē Paulum cum vides ac sacrificantem, nō propterea condemnas tanquam Iudaizantem, sed eo id ipsum maximè coronas, vt à Iudaismo alienum sita cum vides desiderantem anathema esse, ne propterea turberis, sed ob hoc ipsum, illum maximè prædicato, causam perdoctus, ob quam id vult. Nam nisi causam examinaverimus, & Heliam homicidam dicemus, & Abraham filij percussorem, itemque & Phinees & Petrum eadis rursus accusabimus, nec de ipsis solum Sanctis, sed & de ipso rerum viuenterarum Deo, quisquā regulam hanc minimè obseruauerit multa absurdā suspicabitur. Vt ne igitur hoc accidat, hisce in omnibus & causam & consilium, & occasionem, & omnia factorum defensione à nobis suscepitā, in unum componentes, ita demum res ipsas examinemus.

21. Et hom. 62. in Genes: Ne temere prætereamus ea que in diuinis Scripturis sunt prodita, neque ea quæ dicuntur à superficie salutem, sed ingreſt ad ipsum profundum, cum diuitias quæ ibi latet didicerimus, glorificemus Dominum nostrum qui cum tantâ Sapientiâ dispensat omnia. Nam si noluerimus mentem & causam omnium quæ facta sunt exquirere, non solam hanc condemnabimus, quod cum Socero suo dormiuerit, sed & Abraham reprehendemus, vi puericadam animo factum, & Phinees vt gemini homicidum. Pergamus ad alia exempla.

22. Sancta erat illa actio Abrahæ quam adhibuit, vt clarissimum filium Isaac Domino immolaret, eā enim id consecutus est, vt audiret à Deo Gen. 22. v. 16. 17. & 18. Per memetipsum iurauit dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cali, & velut arenam, quæ est in littore mari: posidebis semen tuum portas inimicorum tuorum, & benedicetur in semine tuo (scilicet Christo), vt explicat Apostolus Galat. 3. v. 16. ) omnes gentes terræ, quia obedisti voto meo. Vnde sequitur, actionem illam Abrahæ non fuisse feedatam vlo peccato, nam peccatum actionem insciens, etiam in iusto, reddit immitterioriam, ad meritum enim requiritur, vt actio sit bona, bonum autem vt dicunt Theologii ex S. Dionysio c. 4. diu. nom. par. 4. est ex integrâ causa, malum autem ex singulis defectibus. Si quis tamen talianimo & curiositate vellet examinare hanc Abrahæ actionem, qualis solet fratrū & Superiorum actiones inspicere & taxare, diceret, Abraham mentitum fuisse initio huius actionis, eò quod Gen. 22. v. 5. dixit pueris, ducens secum ad sacrificandum Isaac: Experitate hic cum asino, ego & puer illuc usque properan-

tes, postquam adorauerimus, reuertemus ad vos. Et tomen putabat (diceret Censor) eum se factū caturum, ideoque cum eo non rediturum. Ergo mentitus est dum ait: reuertemur ad vos: Ego non fuit sincerus, & equivoceauit, promisit reditum, non exoluit. Non sic iudicandum est: defendit enim eum S. Paulus Hebr. 11. v. 19. Fide obtulit Isaac, arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est Deus, ob promissionem scilicet sibi factam Gen. 21. 11. vt idem Apostolus ait: In Israe vocabitur tibi semen. Vide & Rom. 4. v. 18. de eo dicit Apost. In spem contra spem credit. Dixit ergo se reditum cum Isaac, sperans cum suscitatum iri à Deo post sacrificium perfecit ilius. Sic Gen. 12. & 20. videtur mentitus Abraham dum dixit de vxore sua quod Saror sua esset. Ad quod responderet S. Thomas 2. 2. q. 110. a. 3. ad 3. In Sacra Scriptura, vt Augustinus dicit, dimitur c. 5. to. 4. inducuntur aliquorū gesta, quasi exempla perfecte virtutis, de quibus non est affirmandum ut fuisse meritos. Si que tamen in eorum dictis apparet, qua mendacia videntur, intelligendam est, is figuraverit & propheticè dicta esse &c. hac ratione excusat S. Doctor varia facta veterum è Scriptura petita.

In eodem Abraham censorium iudicium notare posset incontinentiam, quia duas uxores habuit. Atqui S. Augustinus to. 6. de bono coniugali c. 21. fin. citatus à S. Thoma 2. 2. q. 152. a. 4. ad 1. ait: meritum continentie conjugali in Abraham aquari merito continentia virginalis in Ioanne.

In eodem patrītas à censoribus notari potuerit, quod Agar dimittens Dei iussu ex domo sua, vna cum filio ex ea suscepit Ismael, idque primogenito, non plus dicitur ei dedisse viatici, quā panem, & vitem aqua Gen. 21. v. 14. Quis vñquam diceret Censor, ita extudit vxorem, nunquam reditum: & filium & quidem uxorem, quæ ei diu ancillæ obiuit munia, digna erat salario bono. Adderit etiam aqua parum dedisse, statim enim præstī cepit motu filius epora aquā, & nisi Deus per Angelum succurrisset ostensā aquā, extinctus fuit. Sed certum est, non peccasse eum: qui enim etiam erga hospites adeo fuit liberalis, vt eos vtrō accresceret, & festinanter parari deret cibos optimos, vti legimus Gen. 18. 6. & sequ. Festinavit ad Sarah, dixit: Acceler, tria saia simila commisce, fac subcinericatos panes. Ipse verò ad armentum cucurrit, & tulit inde ritulum tenerum & optimum, deditque puer, qui festinavit, & coxit illum, iuli quoque burrum, & lac &c. qui cum suis tam hilariter & festinanter hospites tractabat, ideoque ob hospitalitatem Deo dicitur placuisse, & Angelos hospitio recepisse Heb. 13. 2. procul dubio dederit plures commeatus Agar & Ismaeli, sed quod non dederit, Dei voluntas fuit; non excusabat se, non dabat rationem sui facti. Sanctus tamen fuit, Deo charus fuit, perfectus.

fecit vixit, id est meritus est, ut Deus inter sua nomina & titulos honorificos, ac Prophetæ, eius nomen reposuerint, toties ingeminante Scriptura: *Deus Abraham*: id est dignus fuit, ut ad impetrandas res maximas Sancti eius nomen commemorarent inuocantes Deum. Sic fecit Moyses deprecans, ut Deus iratus parceret idololatri vitulum adorantibus. Exod. 32.13. *Recordare Abraham &c.* Sed si Abraham Pater cedentium censoria iudicia non effugit, multo minus effugeret Sara vxor eius. Diceret eam fuisse crudelem, tyrannam, inuidam, zelotypiam laborantem, quia post susceptum ex Abraha Isaacum, fuisit Agar eiiciens domum, cum filio Gen. 21.9. cum tamen prius videns se sterilem, fuaferit Abraham ad prolem suscitandam, eam in coniugem ascisceret Gen. 16.1.2.3. Diceret censor, non fuisse causam sufficientem expulsioneis. Cur enim expelli fuisit? *Quia vidit Iacob ludentem cum filio suo.* v. 9. Magna res, quod pueri ludantur: diceret censor, ex inuidia & auaritia in istitu id eam fuisse: probaret id eius dictis v. 10. *Eifice ancillam hanc & filium eius: non enim erit heres filius ancilla cum filio meo Isaac.* Non mirum si id censor diceret, nam & Abraham v. 11. durè hoc accepit, sed quia Deus ita fuisit: *Non tibi videatur asperum super puerum, & super ancillam tuam: omnia qua dixeris tibi Sara, audi rōcum eius v. 12.*

Si Abraham censuram non effugisset, non effugeret & Iacob, adeò Deo charus, ut Laban eum insequenter Gen. 31. v. 24. dixerit: *Cave ne quidquam asperè loquaris contra Jacob, vel ut est in hebreo. Ne loquaris Jacob à bono vsque ad malum, hoc est, ne quidem bonum loquaris, quod offendat eum; vel ne etiam bonum loquaris, ne inde, ut fit in progressa sermonis, ad loquendum malum deuoluari.* Hic inquam vir Deo charus eius etiam nomen Deus titulis suis adscripsit vocans se *Deum Jacob*, posset à Censore aliquo vocari mendax, & mendacio fratris primogeniturae ius & benencionem præripuisse, siquidem se primogenitum & Elan appellauit Gen. 27. v. 19. *Ego sum primogenitus tuus Elau, qui tamen mentitus non est authore S. Augustino, etiā secundam carnem non fuit Elau, fuit tamen secundum ius acquisitionis ab ipso Elau conscientiente, Genes. 25. vers. 32. ei à Deo paratum Roman. 9. vers. 8. 11. Quo sensu S. Ioannes Baptista Elias à Christo Matth. 11. 14. appellatus est.*

Ioseph etiam ille castissimus haberet quodd in eo lingua censoria damnaret, scilicet vanitatem, iactantiam, illusiones. An non vanitas est, diceret censor, quod suas visiones narraret palam Gen. 37. v. 7. *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, &flare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum.* Quo auditio en statim censores frates habuit, qui responderunt ei: *Nunquid Rex noster eris aut subiciebas ditioni tuae?* Hoc ergo causa

somniorum atque sermonum inuidie & odij somnem ministravit. Postea cum narrasset visum aliud v. 9. *Vidi per somnum quasi solem & lunam, & fratres vnde in adorare me.* Quod cum patri suo & fratribus retulisset, increpauit eum pater suus, & dixit: *Quid sibi vult hoc somnum quod vidistinum ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram?* Inuidabant ei igitur fratres sui. Postea vendito illo, procul dubio dixerunt, illusus est. Hoc enim colligeri licet ex illis eorum verbis quae dixerunt, dum de eo occidendo conferrent Gen. 37. v. 20. *Apparabit quid illi proficit somnia sua.* Venditur ergo, in carcere conicitur, non appetet preuila adoratio. O illusum. Sed Deus suo tempore ostendit veritatem visorum illius, & ut dicit de eo Spiritus S. Sap. 10. v. 14. *In vinculis (scilicet sapientia Dei) non dereliquerunt illum, donec afficeret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos, qui eum deprimebant, & mendaces ostendit, qui malauerunt illum.*

Idem S. Ioseph potuisset ut ebriosus damnari, quia de eo Scriptura dicit Gen. 43. v. vlt. *Biberuntque scilicet fratres eius, & inebriati sunt eum eo.* Quod testimonium certius testimonio Scripturæ ita nos sepe iudicamus temerè alios, moti alicuius viri grauis sermonē non bene intellecto, cum in bonam partem accipi posset in malam accepto, quasi dicto contra nos, vel contra alios amicos nostros. O quam multa peccata contingunt hac ratione. Sicut autem vir bonus & prudens non condemnaret ebrietatis Iosephum, quia dicitur *inebriatus*, sed diceret, hoc verbo significari, potum solito copiosiore, sobrium tamen, & sensu quo Deut. 32. v. 42. dicitur *Inebriabo*, id est intingam, humectabo sagittas meas sanguine, & Psal. 35. 9. *Inebriabuntur ab ubertate donum tuum;* & Cant. 5. 1. *Bibite & inebriamini charissimi.*

Maiores his Iob pati posset censuram de quo dicitur Iob 3. v. 1. & sequ. Post hac aperuit Iob os suum & maledictus dei suo. & locutus est: *Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo, dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum Deus desuper, & non illustretur lumine &c.* Maledicunt ei, qui maledicunt dei &c. At tales maledictiones grauis culpæ speciem habent: ideo etiam irrationalibus creaturis absque peccato maledicti non posse docent Theologum cum S. Thoma 2.2. q. 7. 6. Ideo Brentius & Anabaptistæ & Thalmudici, accusant Iobum maledicentia & blasphemia. Alij tamen excusat à peccato S. Thomas tomo 13. lec. 1. in c. 3. Iob ait, eum hac maledictione nec optasse, nec imprecacione esse mala illi dei, sed tantum enunciasse, illum diem malum esse, non secundum suam naturam quia à Deo creatus est, sed secundum ea quæ in illo tempore aguntur, secundum illud Apostoli Eph. 5. *redimentes tempus quam dies mali sunt.* Idque Iobum dixisse non secundum rationem, sed secundum inferiorem partem,

partem animæ, quæ ex illis malis tristitia afficiebatur & dolore. Qua ratione inquit Pineda se. 6. in c. 3. Iob & Sanctius in comm. & Christus D. tristitiam mortisque timorem in sensuia parte expressit Matt. 27. 45. & vehementiam doloris, & interne desolationis, cùm clamans voce magna dixit Mar. 15. 34. Deus meus, Deus mens, ut quid dereliquisti me. Non est autem contra fortitudinem aut virtutem, dolorem & gemitum exprimerè, ut benè contra Stoicos apatriam laudantes & analgesiam, dicit Cicero 2. Tuscul. & Taurus Philosophus, apud Gellium 1. 12. c. 5. Ut enim apud Q. Curtium l. 6. ille ait: *Suo iure liberor eſt in mutuas querelas dolor*. Et causam dat Philosophicam Aristoteles se. 27. probl. cur qui dolent clamant. Deinde etiam si Iob ex iudicio rationis id dixisset, benè dixisset, vt se. 7. ostendit Pineda, addens & probans se. 8. Iobi querelas ex charitate in Deum esse profectas. Ita excusanda sunt omnia. Sic excusandus Ieremias qui hæc, & quidem Deo inspirante scriptis c. 20. versu 14. 15. 16. 17. 18. Maledicta dies in qua natus sum: dies, in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. Maledictus vir, qui annunciauit Patri meo, dicens: *Natus eſt tibi puer masculus: Si homo illi, vt sunt ciuitates quas subuerit Dominus, & non paenituit eum: audiat clamorem mane, & rulatum in tempore meridianio: qui non me interfecit à vultu, vt fieret mihi mater mea sepulchrum, & vulua eius conceptus eternus*. Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem & dolorem, & consumerent in confusione dies mei: Hæc tamen verba excusantur & ab antiquis Authoribus, à Clemente Alexandrino l. 3. strom. c. 8. & ab Origene l. 3. in Iob & in simili à S. Thoma 2. 2. q. 76. a. 2. ad 4.

## CAPVT QVARTVM.

*Discant temerariis iudicis dediti, ex Dei dictis & factis non indicare Dei seruos, quia in sanctissimis Dei factis & dictis, habent exempla dictorum & factorum Dei, quæ si non scirent a Deo dicta & facta esse, maligne iniquo suo iudicio & lingua condemnarent similia dicta & facta bona Dei seruorum.*

30. Ita nos decet verbis hominum (qui non possunt esse tam circumspæcti, vt i est Spiritus S. qui dictavit S. Scripturam) si quando videntur sonare aliquid quod offendere, vel nocere possit, bonum sensum tribuere & in bonam partem interpretari: sicut interpretari debemus res bonas in S. Scriptura descriptas; alias si ita procederemus vii solemus cum fratribus nostris, dicemus (quod absit) Deum esse mendacem, in promissis suis inconstantem, aliud promittentem, aliud facientem. Nam Gen. 46. v. 4. di-

xit proficisci Iacob in Ægyptum: *Ego inde adducam te reuertentem*. Et antea Gen. 28. 15. idem ei promiserat, tamen Iacob inde non est reuersus, sed ibi obiit Gen. 49. vlt. Sic olim Porphyrius teste S. Hieronymo l. 2. contra Pelagianos, Christum dicebat esse mentitum, quia Ioan. 7. v. 8. dixit: *Ego non ascendam ad diem festum hunc, cùm tamen ibidem v. 14. dicatur: ascendisse*. Sicut ergo verba Dei, qui est infinita sapientia & prædictio, & vt loquar more nostro, consideratus & circumspectus in omnibus factis suis infinito modo, possint detorqueri in malam partem, eti si immerit, quanto magis dicta hominum, qui nec tenentur, nec possunt esse tam perfecti ut est Deus. Ideo etsi videantur male sonare, in bonum sensum convertantur. Est enim res hæc summopere necessaria in conuictu cum tot personis, tam sèpè distractis, tam occupatis. Vnde non sine causa S. P. Ignatius post praefatum suis Exercitiis titulum, ante omnes meditationes hoc primo loco monitum posuit: *Sapponendum est, inquit, Christianum ruanquam pium, debere promptiore animo sententiam suæ propositionem obscuram alterius in bonam trahere partim, quādam dannare. Si vero nulla eam ratione tutam posset, exquirat dicens mentem. Si hoc monitum necessarium iudicavit S. Pater pro tempore Exercitorum Spiritualium, quo solent esse tam is qui Exercitia dat, quād qui accipit, valde considerati, valde circumspæcti, & valde propensi ad bona, & magis averti si malis, quād antea quād magis est necessarium aliis temporibus, quibus non ita considerat loquimur, & conuersamur.*

Quod autem dico de non damnandis aliquorum dictis temerariis, idem dictum volo, de non damnandis aliorum scriptis, siue illa sint epistolæ, siue res in scholis dictari solitæ, siue exercitationes literarum humaniorum, si sunt catamina, orationes, epistolæ, compositiones, præfationes, dialogi, declamationes: nihil condemnemus temerari, non iudicemus, non damnumus iudicium, stylum, verba, phrases, sententias, nexum, elocutionem, actionem, eruditioem, historias, & alia quæ damnata si resciantur ab harum rerum authoribus iij. valde offenduntur & perdunt religiosæ charitatis, ac mutue benevolentiae iucunditatem. Nam certissimum est, si quis velit malitiosus esse, potest omnia scripta etiam sanctissima taxare, ipsam quoque Scripturam.

Nam vt omittam Hereticos, qui eam in malos sensus detorquent, & quandoque adducunt & apparetur, vt videatur pro iis loqui. An non alia quoque Scripturæ materies de quibus nulla est inter tot Religionum diversorum sectatores contentio, possunt a temerariorum iudiciorum censura esse libera? Nequam. Vbiique inueniet pruriens iudicij & lingua malignæ quod carpat, v.g. i. Reg. 7. v. 13. 14. dicitur:

dicitur: Nec apposuerunt ultra (Philistæi) ut venirent in terminos Israëli. At 1. Reg. 10. v. 5. & cap. 17. v. 1. & 23. v. 27. 28. dicuntur postea inuasisse terminos Israëli, maximè cap. 13. v. 3. dicuntur occisi in Gabaa, quæ erat Israëlitarum 1. Reg. 7. v. 1. & c. 13. v. 15. Sic 1. Reg. 15. v. vlt. dicitur: Non vidit Samuel ultra Saul, usque ad diem mortis suæ. Atque ibid. cap. 19. v. vlt. Saul prophetauit coram Samuele, immo & in domo eius v. 22. Sic 2. Reg. 23. v. vlt. Omnes (scilicet viri præstantes, qui cum Davide fuerunt) trinitatem. At 1. Par. v. 11. & 12. plures numerantur. Ut omittam plurima alia loca his similia.

Iam si quis nostrum talia scriberet, an non condemnaretur ut mendax? an non diceretur ei: mendacem oportet esse memorem Ita sanè. Sicut ergo non decet nos damnare Scripturam mēdaciū vel lapsū; ita proportione quādam, nec scripta aliorum, qui nec sunt, nec esse possunt tam accurati, tam circumspecti in scribendo, ut fuerunt Scriptores librorum Sacrorum à Spiritu S. dictatorum.

Quod dixi de verbis & scriptis, idem dicendum est de factis aliorum, ne iudicentur, condemnentur ut temerari. Dixi supra de hac ut aliiquid addam nunc alia, ut aperiam oculos qui res similes in aliis grani censurā notant, quandoque etiam boni & spirituales. Et hi aliquando, qui sibi videantur (spirituales & devoti), sunt liberiores in damnandis aliis, ut obseruavit S. Bonaventura in stim. diu. amoris c. 10. Verè enim scriptis S. Ioannes Climacus gr. 11. Eos quoque qui spirituales videntur, nonnunquam subrepit indicare proximos.

Si quis nunc siue Superiorum, siue Magistrorum in Schola, visis fuorum domesticorum vel subditorum defectibus & insolentiis, irā accensus, clepsydram quā manu teneret, proieret in terram & confringeret, condemnatur magna immortificationis & impatiens, præterim si adhuc delinquentes scutica vel virgis, usque ad effusione sanguinis cædi iuberet. Atqui plus fecit Moyles, qui ut legimus Exod. 32. vers. 15. 16. 25. 26. conspectis subditis suis, choreis Idololatriæ vacantibus, irā inflammatus, confregit tabulas legis lapideas, à Deo acceptas, & ab ipso Deo ex viraque parte scriptas, factaque opere Domini: ut ait Scriptura. Iure Moyles indignatus est, inquit S. Ambrosius lib. de Noë & Arca cap. 13. differens de hac fractione tabulatum ne haberent diuina priuilegia qui non deferrent obsequia. Et tamen post hoc factum nec Deus illum reprehendit, sed iterum alias tabulas dedit, & à Spiritu S. bene omnia interpretante, appellatus est, mississimus super omnes homines, qui morabantur in terra. Num. v. 3. Etsi non contentus fractione Tabularum Legis, eodem tempore, occiderit per filios Levi quasi 23. millia eorum, contra quos iratus fuit, & postea, uti ponderauit S. Chrysostomus

Lancij Opus. Tom. 2.

l. 3. de prouid. Cum ab Amalecitis alii essent in bello concisi, & ante bellum istud & bilis & gula causâ maximè consumpti. Nam occidit, inquit Psalm. 77. plurimos eorum cum adhuc esca esset in ore eorum: ingenit tamen bac illorum cæde infestâ, istos ipsos nouo aliquo ac peregrino genere mortis vitam finire precatus est. Ita alij quidem erumpente igne repente, incendio conflagraverunt, alij repentina terra batu absorpsi sunt: neque pauci aliquot, sed plura quam quindecim hominum millia. Postea cum fornicati essent cum filiabus alienigenarum, & initiati essent Beelphégor eos rursus se inuicem concidere ac necare iusserunt: Interficeret inquiens unusquisque proximum suum qui initiatus est Beelphégor.

Nec tamen ab illo suorum iudicatus est Tyrannice gubernasse, sicut nunc iudicaretur Superior, aut Praefectus Scholarum vel Magister, si grauiore solito poenâ culpam aliquam castigaret, vel iracundâ aliquem increparet ob defectum commissum.

Si quis nunc tot de se laudes proferret quod S. Iob facit c. 27. 6. Inflasticionem meam

quam capi tevere non deseram: neque enim reprehendi me cor meum in omni vita mea: & c. 29. 2. 14. 15. 16. 21. 22. & sequ. Inflatio induitus sum, & vestitus me, sicut vestimento & diademe: oculus sui caco, & pes clando: pater eram pauperum, & causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam: qui me audiebant, expectabant sententiam, & intenti facebant ad consilium meum: verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum: expectabant me sicut pluiam, & os suum aperiebant quasi ad imbreu serotinum: lux vultus mei non cadebat in terram: si voluisset ire ad eos, sedebam primus: cumque sederem quasi Rex circumstante exercitu, eram tamen invenientiam consolator: & ferè toto c. 31. multa scribit in sui laudem redundantia.

Et si ita contra suos aduersarios expostularet, ut ille fecit cap. 12. & 13. & 16. & 19. & 30. & 6.

Et si ita coram Deo suam innocentiam, & eius flagella suis peccatis maiora commemoraret, ut ille fecit c. 6. 2. 3. & c. 10. & 17. 2. habetur pro superbo, pro impatiente & irreuerente erga Deum, sicut habitus est a suis c. 32. & 33. 8. & sequ. & cap. 34. & 35. & 36. Rogo vide loca citata.

Et quamvis videtur Deus ipse contra Iob locutus c. 38. unde Iob v. 33. & sequ. se humiliaret, ut & c. 42. 6. tamen à Deo defenditur c. 42. 7. & sequ.

Sed mirabilius est hoc, quod ipse Deus, inspirator Prophetarum, qui ut in Sacro ferè quotidie dicimus: Locutus est per Prophetas, prædictum David, 2. Reg. 7. 11. Regem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, & statim capite sequentiter censemur bella, quæ gessit cum Philistæis v. 1. cum Moabitibus v. 2. cum Rege Soba, v. 3. (habente in exercitu suo viginti millia peditum) v. 4. cum militibus missis ex Syria Damasci,

G g g vers. 5.

versi, quorum viginti duo millia cecidit. Et cap. 10. pugnauit cum Ammonitis v. 6. 7. 8. qui in suo exercitu contra David habebant 20000. pedimentum, & 13000. virorum. Et iterum pugnauit cum Syris v. 17. ex quibus occidit 700. curru. & 40000. Equitum, & fugauit 58000. ex residuo exercitu. Præter hæc non habuit re quem à proprio filio, qui eum (quod alij hostes non fecerunt post Saulis mortem) in fugam contecit 2. Reg. 15. 14. & sequ.

Postea Seba excitauit contra David nouam coniurationem & bellum, separatusque fuit hoc modo omnis Israël à David, qui dixit se magis à Seba afflictum quam ab Absalon 2. Reg. 20. 1. 2. 6. Postea iterum Davidem inquietarunt Philistæi bello moto 2. Reg. 21. 15. in quo vita periculum ab hastâ intortâ subiit vers. 16. Post hæc, nouum bellum fuit gestum in Gob contra Philistæos v. 18. Deinde aliud bellum contra eosdem in quo elaxit Adeodatus v. 19. Præter hæc, nouum bellum fuit in Geth v. 20. Ita Scriptura hoc solo capite 21. expresse ait quatuor prælia & bella gessisse Davidem, in aliis verò capitibus supra citatis recensentur o-  
-to bella. Istante est requies: pugnare duodecim cum tot inimicis, quot nec nunc Augustissimus Imperator noster habet: & tamen Deus verum prædixit, etiæ difficultas sit in interpretatione prædictionis diuinæ. Sicut ergo hoc benè interpretamur, & meritò ita interpretamur benè omnia dicta & facta aliorum ex-  
-plo B. Aloysij & S. Ignatij infra ponenda.

40. Aliud exemplum habemus Matth. 1. v. 17. vbi S. Euangeliſta Matthæus texens Genealogiam Christi, ait: Omnes generationes à David, usque ad transmigrationem Babylonum fuisse 14. cum tam en ex 1. 4. Regum 8. 24. & ex c. 11. 2. & ex c. 12. 21. & ex c. 14. 21. & ex 1. Par. 3. 11. 12. & ex 2. Paral. 26. 1. cuiusdenter constet, generationes à S. Matthæo citatas non tantum 14. sed 17. fuisse, quia tres omisit. Nam etiæ Matthæus versu 8. dicat à Ioram fuisse genitum Oziam, tamen a-  
-perit constat ex locis iam citatis, à Ioram non esse genitum Oziam, sed Ochoziam; ab Ochozia verò genitum esse Ioram: à Ioram genitum esse Amasiam, ab Amasia genitum esse Azariam: qui alio nomine vocabatur Ozias, 2. Paral. 26. 1.

41. Si quis nunc scribens ad aliquem, scriberet, se esse dilectum Dei, iactantie id adscriberetur, at S. Ioannes non semel de se dicit in Euangilio, à se scripto pro totâ Ecclesiâ, non pro uno parti-  
-culari: Hic est Discipulus, quem diligebat Iesus: Nec illius id ægriè tulerit.

42. Sic, si quis nunc alium dicere, quod Paulus dixit Eliae Mago Act. 13. 1. 10. O plenè omni do-  
-lo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis infi-  
-tie, non desinu subuertere vias Domini rectas &c. Deus bone, quas non subiret censurast si ergo eiusmodi facta & dicta, non merentur ullam

reprehensionem, nec similia improbari debent, si ab aliquo nostrum proficerentur, nece-  
-nij possamus & tenemur esse sanctiores Christo & Apostolis eius, & esse magis circu-  
-specti in loquendo quam illi.

Si quis nunc dicere, se totâ vitâ nunquam deliberat peccasse, vel si quis in publicâ concio-  
-ne Caput in Cathedrâ templo, Cardinalis Bellarminus, quam ob rem, cum fuisse le-  
-andalizatus quidam Canonicus, Deus volens o-  
-stendere, benè id & cum gusto Dei dixit  
Bellarminus, splendore cælesti eius faciem u-  
-radiauit, quo viso Canonicus, sum similem  
correxit iudicium, & hoc irreverando testis  
est, in Processu pro Canonizatione Bellar-  
-mini, factâ authoritate Apostolichâ in quo id legi  
-confirmatum erat ibidem testimonio alterius,  
scilicet Superioris PP. Theatinorum.

## CAPVT QVIINTVM.

Ostenditur aliis exemplis & dicti sancti-  
-simis Dei, & Christi Domini, ac san-  
-ctorum, omnia esse benè interpretanda,  
& excusanda, nisi sint manifeste mala.

SI quis nunc videret vel Superiorem in Do-  
-micilio, vel Procuratorem in pago vel Co-  
-cionatorem aut Præfectum tempri in templo,  
vel Præfectum Scholarum aut Magistrum in  
Schola, vel cocum in culina arrepto aliquo fa-  
-ne, inuidenter alios, & evidentem mensis &  
-citas, & expellente alios, condemnatur  
tanquam impatiensissimus, & inollerabilis.  
Atqui Christus Dominus, qui de se dixerat  
Matth. 11. Discite a me quia misericordia sum & bimbia  
corde: simile quid fecit, quando Ioannis 2. ver.  
14. & 15. Templum ingressus, facta quacham flagello  
de sincipiti omnes vendentes oves & boves & colum-  
bas (etiæ essent res necessariae pro sacrificiis) uit-  
erit oves quoque & boves & nummularium effudit  
as & mensas subuerit, de quo ramen prædixit  
Iudas, linum sumigans non extinguerit, arundinem  
quaßatam non confringet, nec auditur in platea  
vox eius c. 19. 9. Qui a cœtu, etiæ solent esse in ho-  
-minibus effectus magnæ impatiens & ira &  
immortificatarum passionum. Discipuli tamen  
Christi, edociti benè interpretari omnia, quæ  
admodum ibidem scribitur v. 17. recordati sunt  
eius, quia scriptum est (Psal. 68 v. 10.) zelus domi-  
tue comedit me. Sunt enim multi actus prætiosi  
similes in exteriori specie, qui & à virtutibus  
& à virtutis proficiuntur, ubi tamen Christiana  
vigit charitas, que ut ait Apostolus ad Cor-  
inthi,

45. rinth. 13. Non cogitat malum, & omnia bona credit  
de aliis, eos, non virtus sed virtuti adscribit.

Similiter, si quis nunc aliquos talibus verbis  
impeteret: Progenies viperarum: vos ex patre diabolo  
estis: Matth. 3,7. vel illa: Vnde retro satana, scan-  
dalo es mibi. Matth. 16,23. habetur pro summo  
colerico, & tamen priora verba dixit Christus  
Iudas, quorum conversione studebat, poste-  
riora dixit charo suo Discipulo, & quidem co-  
ipso tempore, que illi primatum Ecclesia pro-  
misit, & dixit ea audientibus aliis Coaposto-  
lis, apud quos necessario illi erat concilianda  
authoritas tanquam futuro eorum Superiori,  
apud quos per tam leueram increpationem  
Christi, poterat vilescere Petri persona.

46. Si quis nunc de aliquo proferret propositionem negatiuam sine alia explicatione, &  
propositioni tali opponi posset actus illi pror-  
sus contrari, haberetur a censoribus, vel men-  
dax, vel malignus, vel inconsideratus in loquen-  
do, v.g. si quis diceret de aliquo Magistro, iste  
Magister non studet, non parat se pro lectio[n]ibus, non  
attendit suis discipulis, non habet disciplinam in sua  
Schola, & contraria his aliquo modo saltem cer-  
tissima & perfectissima omnibus essent, subi-  
ret illam quam dixi censuram. Atqui Christus  
consideratissimus in loquendo, de Iohanne di-  
xit, Matth. 11,18. Neque manducani neque bibens:  
cum certum sit eum & manducasse & bibisse,  
alioqui vivere non potuisset, & dicitur in Eu-  
angelio eum mel sylvestre comedisse & alia que-  
dam. Simili ergo modo, etiam horum verba pie  
interpretetur. Vti & illa Deiparæ: Ego & Pater  
vobis dolentes queremus te: quæ verba si ad lite-  
ram accipiamus vera non sunt quia Ioseph no-  
fuit talis Christi pater, sicut Maria fuit eius  
mater; tamen sancte & benè dicta. Simili ergo  
modo aliorum dicta & facta benè inter-  
pretetur.

47. Si quis nunc nostrum in aliqua Missione, iret  
ad prandium nuptiale, & deficiente vino, ab al-  
liquo amico procuraret, pro coniuio aliquot  
vrnas generosi vini, Deus bone quid non audi-  
ter & proclamaretur tanquam vini potator, &  
cooperator ebrietatis & intemperantiae; Chri-  
stus tamen Dominus id fecit, & secum duxit  
verecundissimam Matrem & Discipulos, &  
prima vice v[er]sus potestate publice parandam mi-  
racula, in sex hydriis multiplicauit vinum in  
copiâ ingente. Nam singula hydria capiebant  
metretas, id est mensuras binas vel ternas Iohan.  
2,6. Accipiamus numerum minorem, ita ut sin-  
gulari tantum binas metretas caperent. Metreta  
autem vt vult Budæus lib. 5. de alle, ex Dioclo-  
rite lib. 5. continet congios decem, vel vt putat  
S. Epiphanius lib. de ponderibus & mensuris,  
duodecim. Congius autem continet sex sextari-  
os, foliertas octo (inquit noster Cornelius in  
Iohan. 2,6.) Atque ita decem congii, sexaginta  
sextarios valent, inquit Barradius noster tom. 2.  
*Lancij Opus. Tom. 2.*

li. 3. c. 2. At Georgius Agricolalib. 2. de mensu-  
ris græcis, & Ianuenius ex Roberto Cenali qui  
post Budæum accuratius scriptis de mensuris,  
vni metretarum tribuant congios 12. id est,  
sextarios 72. Atticos. Nam Congius constat xxi  
dixi sextarii 6. Itaque iuxta Budæum si singule  
hydriae capiebant tantum metretas binas, cu[m]  
faerint 6. hydriae in iis continebantur Sextarij  
720. At iuxta Agricolam sex hydriae contine-  
bant, iuxta mensuram græcam, sextarios 862.  
At vt idem ait lib. 10. de mensuris externis, a-  
pud Syros vna metretæ erat sextariorum Itali-  
corum 120. quodsi metretæ illæ erant Syra (est  
enim Iudea pars Syriæ) ex hydriae continebāt  
sextarios 1440. Vnde sequitur si metretæ erat  
Syra, Christus Dominus dedit eis sextarios  
1440. hoc est nostra Vrnas 11. & 32. sextarios.  
Si erant græce, iuxta Agricolam dedit sextarios  
862. id est vrnas noctates 6. & 94. sextarios.  
Iuxta Budæum vero, qui pauciores attri-  
buit sextarios vni metretæ, dedit sextarios  
720. hoc est vrnas noctates 5. & 80. sextarios;  
vrna enim nostra habet pintas 32. seu sextarios  
128. in pinta enim sunt sextarij 4. Cum autem  
dicat Euangelista iuxta expositionem Caietani  
& Toleti, quafdam ex hydriis continuisse in se-  
ternas metretas, adhuc maiorē nuptiali quam  
dixi vini copiam suppeditauit Christus Domini-  
nus, temperantia & sobrietatis & omnis vir-  
tutis irreprehensibilis Magister. Loquar hic de  
vrna Bohemicâ ubi hæc scripsi, nesciens quam  
magna sit vrna in aliis Germanicæ provinciis.  
Obseruat Cornelius loc. cit. Sextarium fuisse  
triplicem, scilicet Romanum, qui continebat 20. vr-  
nias aquæ vel vini; Atticum, qui quindecim: & He-  
breum qui tredecim duntaxat vnicas continebat, idē-  
que erat quod Hebr. Log. Hic autem, Hebreus acci-  
piendu[m] videtur Coruclio. Quare metretæ continens  
72. sextarios tredecim vnicarū, continebat 72. libras  
& totidem vnicas (libram enim, accepit Cornelius  
vulgarem duodecim vnicarū) que vnicæ efficiunt  
sex libras, vi vniuersim sicut 78. libra. Quare metretæ  
continebat Boccales Italicos tredecim & foliertas duas.  
Vnum enim boccale continet quatuor libras &  
quatuor vnicas: id est vnicas 64. Folierta vero est quarta  
pars boccalis, continens vnicas 16. Hydria ergo coni-  
nens duas metretas continet 27. boccales. Sic ergo  
hydria continebant 162. boccales, tantum ergo vini ex  
aqua hic efficiens Christus. Si hydria deis tres metretas,  
quælibet hydria continebat 40. boccales, & duas fo-  
liertas: quare sex hydriae continebant 240. boccales  
cum duodecim foliertis, puta penè integrum vini bot-  
tam. Botta enim Romana continet boccales 256. Sic  
ergo penè bottam vini hic in instanti produxit Christus. Hæc Cornelius.

Cum ergo omnis Christi actio, vt ait S. Basilius,  
sit nostra institutio, si quis Superior velleret (quod  
ei non suaderem ob linguas censorias) non ad  
æqualitatem, sed certelimo gradu minus, Chri-  
stum hac in re imitari, multa grauia pataretur.

G g 2 Si

48. Si nunc aliquis habitus pro sancto & prophetante, prædiceret quod postea non eveniret ad literam prout prædixit: haberetur pro illusum tam Christus Matth. 12. 40. prædixit se fore in corde terra tribus diebus & tribus noctibus: Cum tamen sola nocte feriam sextam subsequente & Sabbathum in terra corde fuerit, & mors contingit eius in exitu ferie sextae, & durarit ad noctem Sabbathi ad tertium Dominicum diem non peruenit, quia surrexit ante ortum diei Dominicæ. Sicut ergo hæc dicta bene interpretamur additis bonis explicacionibus, ita & humana sunt bene explicanda, cū homines non possint esse tam circumspecti in sermone vti Christus.
49. Non arguendi etiam mendacij si qui quod unus dixit vel fecit, dicant à pluribus dictum vel factum referendo aliquid. Sic enim quod unus Prophetæ dixit, à pluribus dictum Scriptura narrat Matth. 2. 23. & cap. 26. 56. Ioan. 6. 45. Act. 13. 40. cap. 15. 15. vt bene obseruauit Maldonatus in c. 2. Matth. v. vlt.
50. Si quis modo vel ex corde vel ironice & per contemptum diceretur habere spiritum propheticum, & prædiceret Româ post duos menses subuentandam, & elapsis duobus mensibus id non continget, haberetur pro illusum à dæmonio & pro falso Prophetæ; tamen legitimus verum Prophetam Ionam, à Deo missum & Dei iussu prædictum: *Adhuc quadraginta dies & Ninius subueretur Ionæ 3. 1. 2. 3. 4.* nec tamen subuerfa est. Ionæ 4. Sic Isaías à Deo missus ad Regem Ezechiam, prædixit illi mortem, nec tamen mortuus est, sed addidit illi Deus quindecim annos vita, idque miraculo retrocedens solis Deus illi confirmavit. 4. Reg. 20.
51. Si quis nunc Superior noster vel Rex auctor primarius saltaret in processione Corporis Christi, ante Venerabile Sacramentum, haberetur pro leui; vel stulto: David saltauit, ante Arcam cum esset publica persona, Rex glorioissimus & quidem non in regio vestitu, sed in sacerdotali seu clericali ephod linea induitus. 2. Reg. 6. 14. & stola byssina 1. Par. 15. 27. Quod placuisse Deo appetet, quia Deus sterilitate puniuit Michol, quæ eum ob id irriterat. 2. Reg. 6. ultimo, tum quia S. Gregorius 37. Mor. c. 27. ait, se eum magis mirari, saltantem quam pugnarem, laudans hoc eius factum, in quo seipsum vicit. Quid simile edidit S. P. N. Ignatius, dum iussus priuatum saltare more Cantabrico, suo saltu reduxit ab amentia ad sanam mentem Ortizium Oratorem Regis Hispaniæ in Monte Cassinæ, delirare incipientem, in prima hebdomada Exercitorum quæ ei dabantur. S. P. Noster, factus iuxta morem & phrasim Apostoli: *Omnia omnibus, ut omnes Christo lucifacere & faceret saluos* 1. Cor. 9. 21. 22.
52. Si quis nunc Concionatorum vel Exhortatorum domesticorum aut Professorum Thico-
- logia, rogatus à suo Rege in re magni momenti, ad Regni sui incolumentem spectante, citans Sacram Scripturam, alter eraret, quæ esset in Bibliis, immò contrarium prorsus quæ esset in textu citato, haberetur pro ignorantie & ridetur, & præberet materiam sermonum in recreatione, & traduceretur pro tali per Collegia, & per totam Provinciam, vel per occultas scholas, vel alio modo. Atq[ue] ita ad instantiam Herodis Regis, citatus est locus Micheæ Prophetæ, ab omnibus Principibus Sacerdotum & scribis populi Matth. 2. v. 5. Et tu Bethleem terra Iuda, nequam minima ei in Princibus Iuda, cum tamen Micheæ 5. v. 2. contrarium scriptum sit: *& tu Bethleem, parvulus in millibus Iuda.* Nec tamen inveniuntur eti illius censor, qui censuraret hoc responsum datum Regi, tanquam contrarium textui allegatum. Imitemur saltē Iudeos Christi inimicos, in abscondendo a censuris aliorum, eti videatur habere manifestam causam & iustam improbandi aliena dicta & facta. Sed micum non est, illos Legis Doctores esse hallucinatos in citatione Scripturæ, mirabiliora habemus dicta Spiritus S. plurima in Sacra Scriptura, ab omni prorsus falsitate aliena, & piæ interpretatione digna, quibus si prorsus similia à nobis dicentur vel scriberentur, non obtinerent bonam interpretationem, sed grauissime censurantur. Adseram adhuc unum vel alterum exemplum.
- Legimus à Spiritu S. dictata hæc verba ad Hebr. 9. v. 4. In arca testamenti erat verna aura, habens Manna, & virga Aaron, qua frondauerat, & Tabula Testamenti. At qui idem Spiritus S. veritas infallibilis, contrarium dicuntur in Sacra Scriptura veteri, hoc est, in sua ad nos epistola, sic enim appellat Sacram Scripturam S. Gregorius, & alij PP. Nam 3. Reg. 8. verl. 9. legimus scriptum: *In Arca autem non erat aliud nisi Tabula lapidea*, cum tamen ad Hebr. 9. dicantur tria alia ibi fusile reposita, scilicet: verna aura, & Manna, & Virga Aaron. Sicut ergo piæ interpretantur verba Spiritus S. eti in speciem videntur sibi contraria, ita similes locutiones humanas bene interpretari debemus, eti videantur falsi continere speciem, quia non tenentur homines, nec esse possunt tam accurati & circumspecti in loquendo & scribendo, sicut est Deus, aut est Scriptura S. à Deo dictata.
- Alterum Motiuum, ad fugiendas malas rerum alienarum interpretationes ac censuras, est, exemplum dæmonum, inter quos ex non vigenti. Non putauit Christus Dominus, suo ore indignum petere argumentum ad refutandos Iudeos, suam doctrinam & vitam & miracula inuadentes eosque redargere exemplo & consuetudine dæmonum, inter quos non est dissensio, ut hinc potestatem exercendi demona quam habebat, ab iis Principi dæmonum

njorum adscriptam defendere, nec mihi vitio  
verti debet, si consuetudine dæmonum à mu-  
tuis censuris, & malis interpretationibus im-  
minutum, coner persuadere, ab iis vt abstine-  
mas, sicut illi abstinent & omnibus suorum  
sociorum factis & conatibus applaudunt, ne  
hac in te peiores diabolus simus & habeamur  
à Deo. Nam si exemplo Ninivitarum vius est  
Christus ad reuocandam à sua impietate per-  
fidiam illam nationem cum dixit: *Viri Ninivitae*  
*furgent in iudicio cum generatione ista, & condem-  
nabunt eam, quia penitentiam egerunt in predicatio-  
ne Ione Matth. 12. 41.* Multò efficacius motuum  
esse debet ad absterrendos seruos, & filios Dei,  
Deo dilectos, à maligna interpretatione alien-  
norum dictorum & factorum, & intentionū,  
& omissionum, ne illis Christus Dominus in  
particulari iudicio vel vniuersali exprobret,  
diabolos eis fuisse hac in re meliores, quod  
suos socios infernales, nullis sinistris impere-  
rent interpretationibus, & censuris, sed omnia  
benè interpretando eos potius animaret ad  
res quidem malas & execrandas, tales tamen  
ex quibus nos discere possumus, more bonar-  
rum apum, etiam ex infernali veneno bonum  
succum exugere, & salutarem pro morum no-  
strorum directione. Quod tantò magis nobis  
faciendum est exemplo S.P.N. Ignatij, qui vt  
de eo scribit Maffeus in eius vita libr. 3. cap. 11.  
*mira solerter fuit in sollicitandis mortalibus, & à dia-  
boli servitute ad Christi obsequium traducendis: ac  
quibus artibus demon ad animarum perniciem vti-  
tur, easdem ipse quoad luceret ac fas esset, ad homi-  
num salutem ac beneficium transferrebat.* Quo suo  
exemplo S.Pater nos docuit, posse nos etiam  
ex dæmonibus proficere, conuertendo eorum  
consuetudinem ad bonum quā illi abundantur  
ad malum: siquidem omnes creaturas Deus ob-  
tres fines condidit ut renelauit B. Maria Mag-  
dalena de Pazzis, ad necessitatem, ad recreatio-  
nem, & ad instructionem nostram: vt scribitur in  
eius Vita,

56. David cum Abiathar Sacerdote damnati  
fuerint ut sacrilegi, quia ille huius permisso  
comedit panes propositionis 1. Reg. 21. v. 6. qui-  
bus vescebat solis posteris Aaron diuino  
ministerio addictis, Exod. 29. v. 32. 33. Leuit. 8.  
v. 31. c. 24. v. 4. Quo etiam facta Christus coa-  
ctus est defendere temerare à Iudeis iudicatos  
Discipulos suos Matth. 12. v. 4. quod spicas vel-  
lerent die Sabbati. Idem David posset à Censo-  
re damnari tanquam lascivus, quia habuit vxo-  
res decem, seu ut eas appellat Scriptura concu-  
binas 2. Reg. 15. v. 15. Haberet pro se legem Dei  
id vetantem expresse Regibus, Deut. 17. v. 17.  
Adderet auhoritati rationem bonam suo iu-  
dicio, & inexpugnabilem, scilicet, quod non es-  
set causa tam multarum vxorum quarum plu-  
res initio mundi videbantur necessitas ob pro-  
pagationem generis humani, sed tempore Da-

Lancij Opus, Tom. 2.

uid erat nimium propagatum genus huma-  
num, siquidem eius tempore soli milites de  
Istaél erant recentiū iussu Davidis mille millia,  
& centum millia: de Iuda autem quadrageinta  
septuaginta millia 1. Par. 21. v. 5. quanquam non  
ex omnibus tribibus vt dicitur ib. v. 6. essem  
numerati. Si tot milites & quid alij, quid pueri,  
quid foeminae & quae ergo necessitas tot vxo-  
rum & Olascium, & effeminatum, diceret  
censor.

Plus posset taxari tanquam male mortuus,  
& forte in peccato, quia videtur spiritu vindic-  
tæ, moriturus iussisse occidi Semei ob male-  
ditionem qua ab eo fuit olim affectus 3. Reg.  
2. v. 8. 9. Habet apud te Semei qui maledixit mihi  
maledictione pessimā, sed quia iurauit ei per Dominū,  
non te interficiam gladio, tu noli pati eum esse uno-  
xiū, vir autem sapiens es, vt scias qua facies ei, deduc-  
cesque canos eius cum sanguine ad inferos. O quot  
res Censor malignus hic damnaret: Primiō me-  
moriā iniuria: Secundiō vindicta Spiritū, quia iussit eum occidi: Tertiō perjurium: iurauit enim, & tamen vult occidi à filio, opponeret  
statim excusationi, quod per alium occidi vo-  
luit & diceret illud Philosophi: qui est causa  
causa, est causa causati; diceret illud iuris dictum:  
*Qui facit per alium, per se ipsum facere videtur.* Quartiō, notaret a stū quod insincerè proce-  
serit, ita rando se eum non occisum, id est per  
se, & tamen occisum per alium: Quintiō, no-  
taret artificiosam orationem & adulatoriā:  
quod scilicet laudat filium ut sapientem, ut ei  
facilius persuaderet quod volebat. Sextiō, nota-  
ret cor tytannicum, in modo loquendi crude-  
litatem spirante. Deducesque canos eius cum san-  
guine ad inferos. Septimiō, notaret eius hypocrism  
& fictam humilitatem seu patientiam, dice-  
ret enim: & vbi sunt illa pia, & humiliata  
redolentia verba, quia protulit Semei maledi-  
ctione auditu 2. Reg. 16. v. 10. Dimittit cum ut  
maledicat; Dominus enim pracepit ei ut malediceret  
David, & quis est qui audet dicere, quare sic fecerit?  
Octauio, notaret eius inobedientiam erga Deū;  
quod eius voluntati resisteret ex cuius decreto  
antea putabat illam maledictionis pœnam  
fuisse profectam. Et tamen certum est, David  
non animo tyrannico, non vindicatio, non  
tam malo ut vidimus id fecisse, sed zelo insti-  
tutæ, sed propter bonum Semei, propter exem-  
plum aliorum & horrorem peccati quod contra  
Superiorum autoritatem admittitur; quia  
alioguī tam mansuetus erat David, idque os-  
tentat sāpe, ut meritò vel ille ipse candidè  
Deum alloquens (si ipse est author huius Psalmi,  
vti esse putant SS. Basilus, Nyssenus, Chrysostomus, Ambrosius, Augustinus, Theodore-  
tus, Euthymius Remigius, Innocentius in Psalmos scribentes, & alij, ut S. Irenaeus libr. 4. c. 5. Iustinus apologet. 2. Eusebius Papa ep. 2. Tertullianus l. de spect. c. 3.) vel si quis alius, meritò in-

57.

Ggg 3 quam

quam dicere poterat Deo, volens eius fieri. Etere misericordiam, quod dicitur Psal. 131. Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius. Non sunt vindictæ, non sunt crudelitatis, non quedam quæ vel à Magistratu ordinantur in penam aliorum, quia non tantum omisso punitionis debitæ (quod esset maius peccatum) sed sola omisso maioris punitionis, sola mollis punio & leuis, cù esse deberet grauior, est graue & Deo exolitum peccatum.

Ponderate mirabile illud Dei decretum 1. Reg. 3. v. 13. 14. Predixi ei, scilicet Heli, quod iudicaturus esset domum eius in eternum, propter iniuriam, eo quod nouerat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos idcirco iurauit domum Heli, quod non expietur iniurias domus eius viuimus & muneribus usque in eternum. Mira res, & tamen c. 2. v. 23. 24. 25. scribitur ista Heli dixisse filiis: Quare faciū res huiuscmodi, quas ego audio, res pessimas ab omni populo? Note, Deus loco citato vocauerat res indignas, hic autem Heli vocat eas acerbiores, & magis significante vocabulo: Res pessimas, & tamen Deo viuis est non corripiuntur filios! Deinde perrexit: Nolite filij mei, non enim est bona fama, quam ego audio, ut transgredi faciat populum Dominus si peccauerit vir in virum, placari et potest Deus, si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? & non audierunt vocem Patris sui, quia voluit Dominus occidere eos. Vbi præterea notate, non tantum improbasse sceleris filiorum suorum Heli, sed etiam aliquot rationes adduxisse in medium, ut iis permoti desisterent a peccando. Et idē merito S. Basilius in Reg. breu. interrog. 47. Heli, inquit, nequaquam dissimulaverunt sceleris filiorum suorum, & sape illos ab eo detergere fuit conatus, ac longiore oratione & magnitudinem sceleris, & necessitatem inevitabilis iudicavit demonstravit. Et S. Nazianzenus orat. 1. ait. filiorum impietatem Heli, non modò non probasse, sed etiam per se ipsos oburgasse. Deinde peccatum eorum videtur attribui negato eis diuino auxilio, & permissioni diuinæ: Quia voluit Dominus occidere eos, & tamen Deus dicit: Quod non corripuerit eos; quomodo non corripuit, si ita corripuit ut audiimus? Scitus causam, ideo dicit eum non corripuisse, quia non tam severè, ut pat erat, corripuit. Debeat enim eos ferire, ait S. Gregorius 2. p. Past. c. 3. Debeat eos abiicare, inquit S. Hieronymus lib. 1. contra Pelag. & lib. 1. aduersus Iouin. Debeat eos à conspectu suo removere, & exheredare, & verberibus afficere ait Theodoretus q. 10. in l. Reg. & Procopius ibidem ait, debuisse eos post unam & alteram monitionem, è sacris locis, seu clausis exturbare.

S. Chrysostomus hom. 29. ep. Rom in moraliter notat Davidem ut suum peccatum amplificaret. Reg. vlt. vñum esse nomine pastoris: Ego qui pastor sum peccavi; quasi dicat, etiam si illi peccasset, ego tamen qui illos non correxi, supplicij reus essem.

Debeat maiorem zelum contra ipsos demonstrare ait S. Basilius orat. 3. de peccato & loco supra cit. Quia inquit, non merita de illis penas sumperat, neque eo modo quo equum erat adiungit ipsos indignatus fuerat, vt que Dei trascendam irritauit, vi & populus una cū filiis ipsius internumine absemptus sit. & Arca ipsa capta in hostium portu statim deuenierit, & ipse miserabiliter exiit ruam terminauerit.

Reprimebat quidem Heli filios, inquit S. Chrysostom. 3. in illud. Vidua eligatur, a qua prohibebat, sed non tam cū diligenter & vehementer, quanta opus fuit. Cum enim flagrare cedere debuit, domo paterna eucere, omnem correctionis modum adhibere, cohortabatur solus & consulebat, ita dicens: Ne filii ne ita faciatis: quoniam non bona audiuimus quæ audio de vobis. Quid ait: Deum iniuria efficerunt, & filios appellata propterea dicit, eum non admoneamus: admonitio enim est, si non ut quicunque consilium damus, sed vehementius & acriter. & si quantum vanitas requirit vultus, tantam plagam infligamus. Non ergo suffici, si soluimus dicamus, sed & multum incutimores oportet, ut suuentur dispidi excusas. Quoniam igitur horribatur ille quidem, sed non ut oportuit horribatur, hostibus illos expulsit, & ex uno palio occiderunt in acie, cumque nuncum ferre non posset, cadens & ipse, contractus est & interit. Vide meritò à me dictum fuisse, liberorum esse partidas, qui negligentes liberos acriter non castigant, neque ab illis debitum Deo cultum exigunt. Sic nimis illi factus est partida. Licet enim filios eius hostes occidirent ille tamen casus auctor fuit, quod sibi circa conscientiam, Dei auxilium ab illis auferit, & nō ad desertos sis, qui necare vellenti obicerit. Neque vobis solum ipsos sed & seipsum cum illis interrent. Id est nunc quoque plurimis Patribus euident, quia verbare noluerunt, nec verbis castigare neque contumescere liberos inordinatè atque iniquè viventes.

Inimo ad peccatas inferni damnatus est Heli, iudicio S. Augustini l. 17. ciu. cap. 4. S. Gregorij l. 2. c. 3. in l. 1. Reg. & 3. par. Past. c. 6. Eucherij & Bedæ.

Quia, ergo David similem ob causam severe puniri Semei præcepit, benè fecit. Hinc dilecite (vt hoc obiter dicam) non damnate. Superiorum mandata, dum solito gravore peccata afficiunt delinquentes: cogit eos amor iustitiae, cogit amor disciplina religiose, cogit amor fratrum. Vnde cum B. Aloysius Bertrandus insigne decus sanctissimi Ordinis S. Dominicæ & nostræ societatis dum vineret tempore S. P. Ignatij Patronus ac defensor, rogaretur, ut tam severè leues subditorum suorum defectus castigaret: respondit, vt severiores purgatorij puni euadant. Benè pond erabat hoc vir valde sanctus: quia si pro vno verbo otioso hic non purgato, peccata purgatorij subeundæ sunt, quae sunt omnibus huius vita tormentis simulacionis acerbiores, quid mirum est, quandoque non leviter multari lapsum nostros. Si quis nunc pro

## XIX. DE VITANDIS IUDICIIS TEMERARIIS. 642

- pro uno verba otioso, praescriberet publicam in triclinio diuerberationem, crudelis, tyrannusque haberetur, & tamen vna verberatio collata cum purgatorijs igne etiam leuissimo, est instar ignis picti collati cum vero igne. Ita Deus crudelis non est, qui etiam otiosa verba illo igne expurgat. Non videantur ergo nec iudicentur temerarii tanquam crudeles illi Superiori, qui delicta nostra puniunt, qui nobis peccantibus irascuntur & tristantur. *In aliis pecanti,* inquit S. Augustinus lib. 9. de civit. cap. 5. *vt corrigatur; contristari pro afflictio, vt liberetur: timere periclitanti ne pereat;* nescio utrum quis sanæ consideratione reprehendat. Hæc pro excusando mitissimo Davide, & fraterna correctione Cenorum, artuli.
61. Omitto alias Sanctorum magnorum actiones quæ possent dente maligno arrodi. Illum candorem Ezechia Deum alloquentis 4. Reg. 20. v. 13. Objecit Domine memento quo<sup>do</sup>, quomodo ambulauerim cor am te in veritate, & in corde per se. & quod placitum est cor am te fecerim. Quod temerarius index, superbiae, arrogantiæ, iactantiae, præsumptioni adscriberet. Deus tamen his eius verbis auditis decretum suum, per Isaiam ei intimatum de morte eius statim subsecutura, reuocauit, & ad 15. annos viæ illius prorogauit, & promissionem suam miraculo confirmavit.
62. Omitto zelum Eliae qui eti non appellatus iniurioso titulo, sed *Homo Dei*, igne cælesti 100. homines necauit, 4. Reg. 1. quod impatientia eius, lingua temeraria & blasphema attribuere posset.
63. Omitto iustum Elisei severitatem, qui à pueris vocatus caluus, qualis verè erat, diuinitus penam severam contra eos impetravit 4. Reg. 1. v. 23, 24. quod malignus à coletâ & furore profectum diceret.
64. S. Pauli Apostoli quanta fuerit sanctitas, scimus, & tamen non tantum eius vita à nonnullis condemnabatur, sed etiam doctrina: hinc enim factum est, quod nonnullas eius epistolæ non admiserint quidam, tanquam non profetas a Spiritu S. Nam vt scribit S. Hieronymus prefat. in ep. quæ est ad Philemonem dicebant, non semper Apostolum, nec omnia Christo in se loquente, dixisse. & fuisse aliquod tempus, in quo Paulus dicere non audiret: *Vt uero tam non ego, viuit verò in me Christus, & illud: An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? Quale inquirunt experimentum Christi est audire: Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens tecum affer.* Et illud ad Galatas: *Vt in am excindantur qui vos perturbant, & in hac ipsa ad Philem. Epist. Similiter autem & prepara mihi hospitium.*
- Omitto innumera alia exempla sacratum actionum in quibus apparuerunt similes illis acibus quos nunc temerarii in aliis damnamus. Vide S. Chrysostomi tom. 4. sermonem in illa verba. Cum autem subiecta illi fuerint omnia,
- præclarè disletonis, quomodo & Christus & Apostoli, non semper locuti sunt eodem modo, & se accommodauerint hominibus, & videntur quasi in speciem pugnantia locuti. S. Ioannes videri posset iniquè Censoribus vanus, quod solus de se scriperit non alter Euengelista se prius præcurrisse ipse Petrus ad sepulchrum, & prius accessisse. Ioan. 20.
65. O quotes nos condemnatus simili spiritu etiam Superiorum Ordinationes quoties eos tanquam partiales damnamus, quia non præcedunt æqualiter cum omnibus, quibus non omnibus omnia communicant, sed tantum certis personis. Sed ignoscite fratres Patresque inquit S. Theodorus Studita fer. 116. non omnibus semper fas detegi negotia est, ne nisi fratribus primori bus, quod ab ipso D. N. Iesu Christo docemur, qui nunc Sancto omnibus Discipulis celestis regni aperit arcana, nunc assumptis Petro Iacobo, ac Ioanne, iis solis exhibet spectacula. Vetant aliquando Superiores aliqua, quæ vel externi vel domestici petunt: negant aliqua, ne quid fiat tali tempore & loco: siue ne quid prorsus fiat, vetant aliqua, ne quid non videntur punita; dicunt aliqua, quæ non videntur facienda; iubent quæ non videntur iubenda; (hac enim ab imperfectis, vt malis in Superioribus notari solent communiter) non impediunt aliqua, quæ videntur impediri: non puniunt quæ videntur ponienda; statim iudicia insurgunt. O crudelitatem! o inhumanitatem! o viscera novocacialia! o stultiam! & non considerant Superiores id facere, vel quia ita iussi sunt facere à maiori bus, quod ramen non dicunt, ne in illos coniunctam intuïtiā; non considerant, quod Superiores vel ab experientia, & iudicio naturali certi, vel à peculiari diuino lumine (quod si Caiphæ de Christo prophetanti non defuit; solet quando Deus vult, Superiori Euangelico, qui non est peior Caiphæ, communicari) edocti, vel ex occuli à diuina prouidentia, Superiores etiam id non aduententes, dirigente ad vetanda, vel non cedenda, vel iubenda quædam, moti, varia vident, negant, iubent: & ideo aliqui scioli, tanquam res vel casu, vel male veritas, negatas, ordinatas, damnant. Non recte. Si Christi loco haberemus eos: si eorum iudicium & voluntatem pro regula nostri iudicij & voluntatis habetemus: si crederemus ita nos conformatoris exactè primæ ac summæ Regulæ omnis bona voluntatis & iudicij, quæ est æterna bonitas, & sapientia, vt præscribit Reg. 31. Summ. non diceremus sic; probaremus omnia, excusatremus omnia, reiiceremus omnia in diuinam prouidentiam, & crederemus id quod Reg. 30. Summ. habet: *Quique sibi persuadeat, quod qui sub obedientia vivant se ferri ac regi à diuinâ prouidentiâ per superiores suos finere debent, proinde ac si cada-*

*uer effici, vel sensus baculus &c. Et nisi ita fiat, non est sperandum illud bonum in Religione, ob quod assequendum, hunc Statum amplexi sumus. Sicut enim in Philosophia, qui non credit principiis Philosophicis, non erit bonus Philosophus; ita qui in Religione practicè non credit, id est, non se dirigit iuxta Religionis sua prima principia, non erit bonus Religiosus.*

66.

*Primum principium nostræ Religionis interalia est: sequi directionem Superioris quam latè: in omnibus ubique peccatum non cerneretur, ut dicitur Reg. 31. Quomodo: Integre, promptè, fortiter, & cum humilitate debita sine excusationibus, licet difficultate, & secundum sensualitatem repugnatio iubat. Tantumne exterius non: verum etiam conentur interius resignationem, & veram abnegationem propria voluntatis, & iudicij habere, voluntatem ac iudicium suum cum eo quod superior vult ac sentit, omnino conformantes.*

*Nolite catissimi existimare, crudelitatem esse, quod aliquando negentur res parvae, & quæ videntur necessaria. Coguntur id Superiores facere, vel propter tuum bonum, vel propter aliorum: coguntur, vel vt te à malo præseruent, vel alios. Parva res videbatur lusus Ismaëlis cum Isaac: quid enim mirum est pueros ludere non parva tamen visa est Deo, qui non contentus vetere lusum, voluit etiam eos habitatione separare: voluit etiam matrem Ismaëlis expelli, vt tantò securior esset Isaac à malis, quæ impendebant ex lusu cum Ismaële. Ita planè evenit in Religione. Sæpe enim Superioris præudent pericula, modis supradictis, & non permitunt quedam, quæ si permetterent, noientes inducerent in perniciem subditos. O si licet palam & clare loqui, quomodo nonnulli non credentes Superiorum iussu, contemnentes eorum monita saepius iterata, in rebus quæ parva videbantur, delapsi sunt ad ea, quæ non putabant, quæ postea fassi sunt ipsi, alij verò severius tractati, hoc modo experti sunt, se præseruant à magnis malis, & gratias mihi egerunt.*

67.

*Ego sanè, eti semper cum simplicitate credidi, a Deo peculiari ratione Superiores regi, ideoque eorum Ordinationes, etiam difficiles, & nostræ libertati repugnantes caras habui, tamen nunc in hoc officio practicè id experior, & quasi manibus palpo, multa, quæ casu videntur contingere, ex peculiari divinâ directione, me non nisi post factum hoc aduentente, accidere, & ad meam notiam venire, & à me ordinari, quæ nisi ordinata fuissent, grauia mala secuta fuissent, & secuta sunt, dum non sunt seruata ea quæ ordinata fuerunt. Sed eti prudentissime ordinentur res, accidit quod ait S. Thomas 2.2.q.70.a.2. ad 3. Homines qui habent de aliis iudicare, sepe propter iustitiam multos aduersarios habent. Vnde non est paucum credendum*

*contra eos, nisi magna multitudo conueniat. Et art. 3, in corp. ait de subditis seu illis quibus impetrati potest, probabile est, quod de facili possumus induci ad testimonium ferendum contra veritatem.*

*Ex his omnibus discamus hoc virtutum frigore duorum memoris. Primo, illius dicti naturali lumine noti: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne fuisse.* *Quod tibi vis fieri, alteri feceris.* Nolumus nostra verba, scripta, facta, temere iudicari: volumus ea in bonam partem semper accipi, etiam quandoque trahi possint in malam: idem alii præsternus, alioqui verus erit sermo Domini. *Quæ mensura mens fueritis, eadem remeatur vobis.* Credite mihi ita fiet. *Iustus est Deus, & recta iudicia eius.* Possumus huius rei, & diuinorum iudiciorum exempla domestica & recentia, quæ meā memoriā contigerunt, proferre, quomodo Deus permisit severos morum alienorum iudices, labi in multo grauiores defectus. Id nobis quoque ne contingat, caueamus. Alterum quod meminisse debemus, est, si quando videmus vel audimus res nostras damnatae sine causa ab alii, ne concidamus animo, nec curremus talia iudicia. *Videri tuum.* inquit S. Nazianzenus or. de le ipso, nihil ad nos, non secum somnia aliena. Non ita, inquis, homo multis videbitur. Non quid terra vertiginem patientibus stare videbitur? & ebrii, sobrij esse putantur, quæ sunt sobrij? & non patienti cum capite ambulare, aut inuerti? Malum nunquid amarum est: etiam agrotanibus quibusdam ac male affectis ita videbatur: non igitur in huius se habet, quemadmodum videtur patientibus. Ne icalcamus autoribus malorum iudiciorum, sed potius letemur, nos eo modo tractari, quo Deus solet tractare carissimos sibi: quia nullus regquam fuit Sanctus Deo valde caros in mundo, cuius mores non fuerint expositi & vulnerati tanquam sagittis, iudiciis & linguis aliorum. Fugiamus ergo malas interpretationes alienarum rerum. Quod si nos pati talia sine iusta à nobis data causâ, & innocenter contingat, toleremus id patienter, & solemur nos exemplis magnorum Sanctorum, qui similia post Christum tot censuris malignis iniquissimè exigitum, & quidem a Principibus Sacerdotum, & Senioribus populi (quorum erat impedita & punire iniquas censuras) passi sunt. Hinc Christus Dominus: *Beatus, inquit, qui non fuerit scandalizatus in me.* Matt. 11. 6.*

*De S. Martino Turonensi Episcopo scribit S. Severus Sulpitius in vita eius fine: *Verè non nullus experti sumus inuidos virtutibus vitaque eius, qui in illo oderant, quod in se non ridebant, & quod imitari non valebant.* Atque ob nefas dolendum & ingemiscendum. Non alij fuere insectatores eius, nec pauci admidum, non alij tamen quam Episcopi sunt.*

*S. Franciscus exemplar eti esset eximis & admirabilis sanctitatis, & planè miraculum gratia, ob tam rara & admiranda dona ei concessa.*

XIX. DE VITANDIS IUDICIIS TEMERARIIS. 644

cessa diuinitatem à proprio Generali Fratre Elia, magnas persecutiones passus est, & appellabatur modo suo procedendi & agendi, *destractor Ordinis*, quem fundaverat S. Romualdus, sui Ordinis Fundator sanctissimus, & iam centenarius, publicè in Capitulo Generali à suis subditis damnatus est tanquam reus lecelis nefandi, à Deo igne puniti, & prohibitus ne Missam diceret. Quam confusione & calumniam, cum patientissime tulisset, & obediens iniquo decreto, à Missa dicenda abstineret, recreatus est ab Angelo diuinitus missio, & Missam dicere iussus, vii hæc omnis scribit in eius vita apud Surium B. Petrus Damiani.

72. Sic S. P. N. Ignatius ab uno è primis sociis, gravissima passus est: inter alia etiam quod Societatem destrueret, & male gubernaret, & à Paulo IV. Pontifice Maximo habebatur quasi despoticè ( vti loquebatur P. Laynez ) seu vt alij nunc loqui solent discoli Superiorum iustam disciplinam non ferentes, quasi Tyrannicè gubernasset, vti scribunt Historici Societatis Orlandinus & Sachius, & clarissimus exstat scriptum in Historia manuscripta, quæ in Archivio Romano nostræ Societatis afferatur.

73. Quidam Sanctus iam in Sanctorum numerum relatus, ante eius Canonizationem, à proprio eius Confessario, alioqui vito bono, spirituali, & prudente & docto coram me, fuit grauiter duabus in rebus censuratus, tum quoad sanctitatem, tum quoad eius spiritum Prophetæ. Nam cum interrogasset eum) vt mihi diceret aliquid ædificationis de isto Sancto. Respondit mihi cum quadam indignatione Italice hæc ipsa formalia verba: Ei, non vidi ego in illo tantam sanctitatem: fuit tamen bonus vir: sed spiritus illius non placet mihi. Quoniam vero spargebatur Sanctorum illum prædictis sue mortis diem & horam, ipse hoc cecepit coram me impugnare dicens: ego, inquit, cum deberem ire ad talem locum, alij illum, & is interrogauit me, quando esse fum reditus Romam: respondi illi, me rediturum intra duas circiter hebdomadas, tunc ille, aliquantulum cogitabundus, dixit mihi: Ergo nos reuidebimus: sed antequam ego Romam rediisse, ille, inquit, est mortuus & mortuum ac sepultum inneni. Hæc ille vir alioqui grauissimus, & semili canitie venerandus.

74. S. Teresa quid non passa est à suis propriis confessariis: habebant enim illam pro illusa à diabolo, ita, vt aliqui voluerint adhibere Exorcismos ad fugandum ab ea dæmonem, à quo illam putabant esse occupatam: Reprehendebant etiam illam Superioris eius immediati & mediati tanquam phantasticam & extra vagâ spiritus, quæ tamen nunc apud alios est in

maiore honore ac veneratione per totum orbem terrarum, etiam apud Sedem Apostolicā, quām quidam alij magni sancti.

75. Scimus etiam quanta passus fit à Nostris præcipuis Patribus & Superioribus P. Balthazar Aluarez, vt scribitur in eius vita etiam per accusationes P. Euerardo Generali factas, redditus suspectus, eiusque iussu à rigido quodam Visitatore accuratè examinatus, cuius tamen sanctitas fuit adeò excellens, vt Deus reuelauerit S. Teresia nullum eo tempore in Ecclesia Dei fuisse illi parem in Sanctitate, sed omnem tunc viventes vitæ sanctimoniam superaret, & eum fore in eo gradu in cœlo à Deo prædestinatum: vti scribit in Vita P. Balthazaris eius filius spiritualis nostre P. Ludovicus de Pote c. xi. §. 2. p. 124. & 125.

Denique magnum possunt præbere solatum illa S. Gregorij verba, non existimantis illum esse Abel, qui non habuerit contrarium Cain. Omnes enim virtutes acquiruntur & deteguntur rerum contrariarum incursu, si eis non cedunt. Sed nos amote proprio si ducamus, volumus, vt est apud Cæsarianum Collat. 4. capite 12. initio. *absque castigatione carnis castimoniam obtinere, sine vigiliarum labore cordis acquirere puritatem, cum regue carni, spiritualibus virtutibus exuberare: absque vilii exasperatione conciij, patientie gratiam poscidere: humilitatem Christi, sine honoris mundani exercere iactura Christo cum hominum laude at furore seruire.* Exeamus igitur vti monet Apostolus Hebr. 13. 13 ad Christum Iesum, extra castra improperium eius portantes &c. per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt seductores, & veraces &c. Vno verbo, quos Deus amat tam Superiorum quam inferiores, si recte sua obeant munia, ducit ad cælum illâ viâ, quâ sicutum suum Unigenitum duxit, per tribulationes & Cruces, præfertim, si animabus pro sint, eas vel à vita mala ad bonam, vel à bona ad perfeetiorem ducentio. Ideo vti scribit Ribadeneyra S.P.N. Ignatium cum non iuaret animas, vixisse sine persecutionibus, in magna pace & tranquillitate, cum autem se impenderet auxilio animarum, statim solitas exurgere contra illum magnas aduersitates, & nominatis falsarum accusationum, informationum, & calumniarum tempestates, quas tamen progressu temporis, eius innocentia, & ea quam Deus habet suorum cura, dissipabat cum incremento eius bona fama & gloria. Quocirca expertus in se, quantopere diabolus inuidat eos iniquis accusationibus, qui Dei gloriam amplificant, præmonuit in Constitutionibus, & Superiores & Inferiores, denique omnes nos, vt simus parati, ad hæc diaboli tela generolō corde excipienda, & iniunctâ patientiâ repellenda, iisque dæmonis technas,

76.

77.

78.

technas, tanquam Goliat populo Dei infensum, proprio eius gladio interimendas.

Nisi de Superioribus s. ripulit 9. parte Constat.c. 4. lit. E. Qui curam aliorum habent, inquit, iniuste calumniam à multis pati, varias ob causas possum. S. Chrysostomus hon. 15. in ep. Timoth. de Superioribus Ecclesiasticis loquens ait: Est linguis innumeris propositus ad lacerandum, aliis culpat, aliis laudat, aliis detrahit, aliis memoriam (scilicet in concionando) aliis compositionem in iustabit magna que illi constantia, ad ista toleranda opus est. Omnino ita est, experientur hoc omnes Superioris, si præsertim qui peccata & imperfectiones suorum impediunt imperfectorum, & bonos ac spirituales subditos promouent ad meliora. Oblerauerat hoc & S. Gregorius l. 5. mot. c. 10. Sepe, inquit, quia intelligi non valent, deterioribus dispergunt vel facta vel dicta meliorum: sed eò ab eis non temere reprehendenda sunt, quia veraciter apprehendi nequaquam possunt. Sepe aliquid à maioribus dispensatori agitur, vel precipit, quod à minoribus error putatur. Sepe multa à fortibus duntur, quia infirmi idcirco diuidant, quia ignorant. Quod bene bobus calcitrantibus inclinata illa testamenti arcā signauit (z. Reg. 6) quam quia casuram credens Leuites erigere voluit, mox sententiam mortis accepit. Quid est namque mens iusti nisi arca Testamenti, que gestata à bobus calcitrantibus inclinatur, quia nonnunquam etiam qui bene preest, dum subditorum populorum confusione concutitur ad dispensationis condescensionem ex sola dilectione permouetur: sed in hoc quod dispensatori agitur, inclinatio ipsa fortitudine, casu patiatur imperio. Vnde & nonnulli subditi contra hanc manum reprehensionis mittunt, sed à vita protinus ipsa, sua temeritate perficiunt. Leuites ergo quasi adiuuans manum extendit, sed delinquens vitam perdidit: quia dum infirmi quaque fortium facta corripiunt, ipsa viuentium forte reprobantur.

80. Quando S ille senex P. Bernardinus Realinus erat subditus, nullus ei obloquebatur, sed quando ad tempus Vice-Rectoris officium obibat, non tantum domi à linguis maledicis impetrabatur, sed etiam per literas Romæ trahcebat, apud P. Claudium Generalem. Antiqua est hæc consuetudo maleuolorum vel tenetoriorum subditorum. Quis, inquit, S. Nyssenus oratione in eos quæ gererunt reprehensiones, Moysè fuit melior Pastor? quis Princeps & Rector aque moderatus & missis, vt omnino fiat populo Educator, Imperator, Sacerdos, ipse denique Pater; in bello conservans in solitudine bona præbens, cum terra nec arata esset nec seminata; recte indicans citra errorem per viam dicens. Hoc autem quidnam est consecutum? tanquam iniuriam faciens, seditionibus fuit agitatus: probris ac contumelias affectus est, tanquam ledens murmur meum exartum est, non secus atque in eos qui sufficiuntur, & aliena sibi vendicant. Maledictu est appensus, tanquam imperitus exercitus Imperator, & qui non recte præfet. Venit etiam in

periculum ne ab ipso expellereat Sacrarium, quando Dathan & Abiron & filij Coræ seditione plebe scum à populo abrupta & abducita, contendebant esse Sanctorum prophani Sacerdotes, & imusserunt thribula, & Sancta exemplo tractauerunt, & ignem mysticum accenderunt; qui ante suffitum eos suffragente combusisti. Et tam facile offendit incurrat populi administratio, euque docendi munus & exercitium, vt ne Fratres quidem Moysi pepercirent, sed & Maria detrahebat & Aaron maledictus impetrabat. Sed ratione hoc fuit & irritum; nam ille quidem erat Moses, & se ipso nihil evasit deterior. Deus autem deum exigit & sumptus supplicium, pro eorum in suum Datum delictis ac sceleribus. Hæc S. Gregorius Nysenus.

Alios vero munivit S. Pater ad ferendas, quo animo censuras aliorum censuras, dum (vii habemus in Regula undecima Summarij) iustificos, totis viribus concupiscere & admittere quidquid Christus D. N. amauit & amplexus est & c. indu mirum eadem ueste ac insignibus Domini sui proprius amore ac reverentia &c. pati conueltas, falsa testimonio & iniurias, ac stulti haberi & existimari: eò quod exoptent a simili Christo &c.

Feramus ergo iniquas aliorum censuras, & iudicia nostræ estimatione contraria, & eò magis, quod proprio nostro amoris sunt molesta. Non sentire mala sua, inquit Seneca de Consolad Pol. c. 36. Non est homini: Non ferre mala sua, non est viri. Si tale est hominis Ethnici iudicium, quantò magis Religiosorum esse debet, qui sunt mundo crucifixi, vti eos appellant S. Ephrem, S. Chrysostomus & alii SS. PP. & qui Christo Duci ac capiti suo se conformarebent, qui talia ut scripsit S. Pater loco citato. Propter maiorem prospectum nostrum spiritualem induit, nobisque exemplum dedit, vt in omnibus quod eius fieri poterit, diuina gratia aspirante, eum imitari & sequi, cum vera sit via quia ducit homines ad vitam pœnitentiam. Nam vt ait apostolus Re. m. 8. 29. Deus quos præscivit, etiam prædestinavit conformari imaginis filij sui, scilicet in tolerandis iis, vti exponit S. Augustinus, quæ ipse à iudicis & linguis & manibus aduersariorum soorum passus est Matt. 27. 63. Seductor ille. Si namque Christi contradixerunt, inquit S. Cyriacus Apolog. ad Theodos. que nostri habenda erit ratio: Et si contra quemodo S. Sanctum fratre sunt calumni, quomodo minime nos effugeremus. Patiamur ergo libenter censuras iniquas Christi & Sanctorum exemplo, sed alios nemo nostrum censurare, nec det occasiōnem gemitum in Christi domo, iis qui pro illo omnia mundana solatia etiam honesta relinquunt. Ideo apostolus Hebr. 13. monet: Obedite præpositis vestris & subiacete eis &c. ne san gementes. Et Eph. 6. 4. Patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros. Et 1. Cor. 12. ultimo: Amaliamini charismata meliora: & statim cap. 13. subdit charitatem commendans: Charitas non cogitat mala: In Censuris autem semper præcedit cogitatio.

cogitatio mala &c. S. Dorotheus l.6. Qui optant saluari, namquam curiosi sunt circa minima proximorum delicta, sed circa sua semper occupantur atque ea praedant.

Sed et si Sanctorum decesserint exempla, habemus Christum Iesum Ducem Ordinis nostri, cuius exemplo tam multa sinistra iudicia innocentier passi solari nos possimus. Recogitare ergo eum, uti monet Apostolus Hebr.12.v.3. qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis vestris, deficiemus. Tantum date operam ut serueris illud Apostoli 1.Cor.4.v.5. Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vniuersitati Deo, quam vti-  
nam in hora mortis nostra, ex Dei ote audiamus. Audiemus, si non censurabimus alios, & ipsi bene vixerimus. Hoc profundè menti nostrarū imprimentes, quod toties hic inculcat etiam verba Scripturæ à Spiritu S. dictata, si accepientur ut sonant, & primâ specie, non minus censurâ possent iniquâ exigitari quam verba hominum. Ideo merito S. Chrysostom. l.13. in ep. Rom. col.2. ait: *Nisi cum decenter circumspetione dictiones ipsas deligamus, & ad Apostoli scopus, mentemq; attentius respiciamus, fore, ut hinc absurditates infinite consequantur.* Et infra col.9. explicans illud Roman. 8. Qui in carne sunt Deo placere non possunt. Dicit, inquit, aliquis, quidam corpus nostrum discerpimus, num è carne excudemus, Deo ut placeamus? quidam homicidas ne fieri nos censes ad virtutis gladium ad te deducatos? Vides, quot absurditates ensuantur, si simpliciter experimus quia ab auctore dicuntur?

## CAPVT SEXTVM.

Quinta cauſa vitandorum iudiciorum temerariorum est

Multiplex malitia quæ in talibus iudiciis reperiatur, ideoque non parum offendit Diuinam Majestatem. Sapientia inquit S. Ambrosius in Apol. post David c.1. iudicando, maius peccatum iudicij est, quam peccatum ipsius de quo fuerit iudicatum. Si malum est, inquit S. Chrysostomus homo: 24 in Matth. propria peccata non cernere, duplex iam aut triplex peccatum est, iudicare alios, & in suo oculo trahere absque dolore gestare: omne quippe trahere grauius est. Sed plura sunt peccata in hoc virtio quam tria.

Primo enim, ut plurimum hec iudicia oriuntur ex aliquo defectu contra charitatem, scilicet vel odio, vel auertione animi, vel ira, vel inuidia, vel ex omnibus his simul vnitatis (quia non est insolens haec omnia simul contra eandem personam in uno reperi) ac proinde tunc tale iudicium erit multiplici malitiæ maculatum. Quæ non reperiatur in eo pectora, in quo est

vera charitas: ut quia charitas operis multitudinem peccatorum 1. Petr. 4.v.8. Immò vt dicitur Proverb. 10.v.11. Vniversa delicta operis charitas; hæc enim vt ait Apostolus ad Corinth. 13.v.5. non cogitat malum: tum quia experientia quotidiana docemur illa ipsa, quæ quandoque improbamus in aliis, nos non improbare in iis quos singulariter amamus; immò quandoque (quod vitio non careret) etiam defectus sic amatorum aut laudamus, aut saltem excusatamus. Quare si omnes, uti pareat, amaremus sincerâ & perfectâ dilectione, nullum temere iudicaremus, & condemnaremus. Qui iudicat fratrem Iac. 4.11. iudicat legem: quia inquit S. Thomas 2.2. q.7.4.a.2. ad 3. contemnit preceptum de dilectione proximi.

Secundū, iudicia temeraria oriuntur ex superbia omnium malorum radice: vbi enim est solidia humilitas, efficit, ut homo meliores se iudicet alios, & res alienas suis anteponat, immò potius, ut S. Bernardus & alij SS. Patres aiunt: *Homo sibi ipsi vilescat*, qui autem talis est, nullum ut imperfectionum damnat, excusat omnia, quantum potest.

Tertiū, ex leuitate animi & præcipiti consilio, temeraria iudicia oriuntur: qui enim graviter & mature facta aliorum considerat, non difficile inuenire potest ea, quæ faciant ad excusationem, non vero ad vituperationem & condemnationem, ideoque ut plurimum temere iudicantes alios, & facile condemnantes, pro leuibus haberi solent ab aliis, uti vere esse solent.

Quarto, oriuntur non raro iudiciorum temeritas ex irreuerentia, seu defectu debitæ obseruantie, quos enim pie obseruamus, non tantum exterius, sed etiam in animo non audemus in facta eorum nostris iudicis laxare habendas, scimus sit, dum aliquem contemnimus.

Quinto, oriuntur ex ignorantia sui. Miser homo, inquit Deus Pater S. Catharine Senensi in dial. c. 93. semetipsum ignorando, vult agnoscere patriter & iudicare cor & affectum proximorum: & ex quadam operatione, sive minima verba, statim inconsultè damnabiliter iudicat ea quæ sunt hominibus occultæ, sed amici mei semper iudicant in bonum, quia fundati sunt in me summo bono. Haustmodi vero miseri semper iudicant in malum, quia fundati sunt in miserabilis malo.

Sexto, quæcunque tandem origo talium iudiciorum sit, sunt contra institutam. Sicut enim infamare aliquem, narrando aliquem defectum alterius non certum, est actus iniustitiae, in sententia omnium Doctorum, idque non aliam ob causam, nisi quia hic actus tollit estimationem bonam de alio, ex mentibus aliorum, ad quam infamatus habet aliquod ius, quod est iustitiae obiectum, ita qui apud se etiam solum interius temere iudicat alterum, tollit ex animo suo bonam estimationem, ad

quam

86.

87.

88.

89.

90.

versi, quorum viginti duo millia cecidit. Et cap. 10. pugnauit cum Ammonitis v. 6. 7. 8. qui in suo exercitu contra David habebant 20000. pedimentum, & 13000. virorum. Et iterum pugnauit cum Syris v. 17. ex quibus occidit 700. curru. & 40000. Equitum, & fugauit 58000. ex residuo exercitu. Præter hæc non habuit re quem à proprio filio, qui eum (quod alij hostes non fecerunt post Saulis mortem) in fugam contecit 2. Reg. 15. 14. & sequ.

Postea Seba excitauit contra David nouam coniurationem & bellum, separatusque fuit hoc modo omnis Israël à David, qui dixit se magis à Seba afflictum quam ab Absalon 2. Reg. 20. 1. 2. 6. Postea iterum Davidem inquietarunt Philistæi bello moto 2. Reg. 21. 15. in quo vita periculum ab hastâ intortâ subiit vers. 16. Post hæc, nouum bellum fuit gestum in Gob contra Philistæos v. 18. Deinde aliud bellum contra eosdem in quo elaxit Adeodatus v. 19. Præter hæc, nouum bellum fuit in Geth v. 20. Ita Scriptura hoc solo capite 21. expresse ait quatuor prælia & bella gessisse Davidem, in alius verò capitibus supra citatis recensentur o-  
-to bella. Istante est requies: pugnare duodecim cum tot inimicis, quot nec nunc Augustissimus Imperator noster habet: & tamen Deus verum prædixit, etiæ difficultas sit in interpretatione prædictionis diuinæ. Sicut ergo hoc benè interpretamur, & meritò ita interpretamur benè omnia dicta & facta aliorum ex-  
-plo B. Aloysij & S. Ignatij infra ponenda.

40. Aliud exemplum habemus Matth. 1. v. 17. vbi S. Euangeliſta Matthæus texens Genealogiam Christi, ait: *Omnes generationes à David, usque ad transmigrationem Babylonum fuisse 14. cum tam en ex l. 4. Regum 8. 24. & ex c. 11. 2. & ex c. 12. 21. & ex c. 14. 21. & ex 1. Par. 3. 11. 12. & ex 2. Paral. 26. 1.* cuiusmodi constet, generationes à S. Matthæo citatas non tantum 14. sed 17. fuisse, quia tres omisit. Nam etiæ Matthæus versu 8. dicat à Ioram fuisse genitum Oziam, tamen a-  
-periè constat ex locis iam citatis, à Ioram non esse genitum Oziam, sed Ochoziam; ab Ochozia verò genitum esse Ioram: à Ioram genitum esse Amasiām, ab Amasia genitum esse Azariām: qui alio nomine vocabatur Ozias, 2. Paral. 26. 1.

41. Si quis nunc scribens ad aliquem, scriberet, se esse dilectum Dei, iactantie id adscriberetur, at S. Ioannes non semel de se dicit in Euangilio, à se scripto pro totâ Ecclesiâ, non pro uno parti-  
-culari: *Hic est Discipulus, quem diligebat Iesus;* Nec illus id ægriè tulerit.

42. Sic, si quis nunc alium diceret, quod Paulus dixit Eliae Mago Act. 13. 1. 10. O plenè omni do-  
-lo, & omni fallacia filii diaboli, inimice omnis infi-  
-tie, non desinu subuertere vias Domini rectas &c. Deus bone, quas non subiret censurast si ergo eiusmodi facta & dicta, non merentur ullam

reprehensionem, nec similia improbari debent, si ab aliquo nostrum proficerentur, nece-  
-nij possamus & tenemur esse sanctiores Christo & Apostolis eius, & esse magis circu-  
-specti in loquendo quam illi.

Si quis nunc diceret, se totâ vitâ nunquam deliberatè peccasse, vel si quis in publicâ concio-  
-ne Caput in Cathedrâ templo, Cardinalis Bellarminus, quam ob rem, cum fuisse le-  
-andalizatus quidam Canonicus, Deus volens o-  
-stendere, benè id & cum gusto Dei dixit  
Bellarminum, splendore cælesti eius faciem u-  
-radiauit, quo viso Canonicus, sum similem  
correxit iudicium, & hoc irreverando testis  
est, in Processu pro Canonizatione Bellarmi-  
ni, factâ authoritate Apostolichâ in quo id legi  
confirmatum erat ibidem testimonio alterius,  
scilicet Superioris PP. Theatinorum.

## CAPVT QVIINTVM.

Ostenditur aliis exemplis & dicti sancti-  
-simis Dei, & Christi Domini, ac san-  
-ctorum, omnia esse benè interpretanda,  
& excusanda, nisi sint manifeste mala.

SI quis nunc videret vel Superiorem in Do-  
-micilio, vel Procuratorem in pago vel Co-  
-cionatorem aut Præfectum tempri in templo,  
vel Præfectum Scholarum aut. Magistrum in  
Schola, vel cocum in culina arrepto aliquo fa-  
-ne, inuidenter alios, & evidentem mensis &  
-citas, & expellente alios, condemnatur  
tanquam impatiensissimus, & inollerabilis.  
Atqui Christus Dominus, qui de se dixerat  
Matth. 11. *Discite a me quia misericordia sum & bimbia  
corde: simile quid fecit, quando Ioannis 2. ver.  
14. & 15. Templum ingressus, facta quacham flagello  
de sincipiti omnes vendentes oves & boves & colum-  
bas (etiæ essent res necessariae pro sacrificiis) uit-  
erat oves quoque & boves & nummularium effudit  
as & mensas subuerit, de quo ramen prædixit  
Iudas, linum sumigans non extinguerit, arundinem  
quaßatam non confringet, nec auditur in platea  
vox eius c. 19. 9. Qui a cœtu, etiæ solent esse in ho-  
-minibus effectus magnæ impatiens & ira &  
immortificatarum passionum. Discipuli tamen  
Christi, edociti benè interpretari omnia, quæ  
admodum ibidem scribitur v. 17. recordati sunt  
eius, quia scriptum est (Psal. 68 v. 10.) *zelus domi-  
tue comedit me.* Sunt enim multi actus prætiosi  
similes in exteriori specie, qui & à virtutibus  
& à virtutis proficiuntur, ubi tamen Christiana  
vigeret charitas, que ut ait Apostolus ad Cor-  
inthi,*

cogitatio mala &c. S. Dorotheus l.6. Qui optant saluari, namquam curiosi sunt circa minima proximorum delicta, sed circa sua semper occupantur atque ea praedant.

Sed et si Sanctorum decesserint exempla, habemus Christum Iesum Ducem Ordinis nostri, cuius exemplo tam multa sinistra iudicia innocentier passi solari nos possimus. Recogitare ergo eum, uti monet Apostolus Hebr.12.v.3. qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis vestris, deficiemus. Tantum date operam ut serueris illud Apostoli 1.Cor.4.v.5. Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vniuersitati Deo, quam vti-  
nam in hora mortis nostra, ex Dei ote audiamus. Audiemus, si non censurabimus alios, & ipsi bene vixerimus. Hoc profundè menti nostrarū imprimentes, quod toties hic inculcat etiam verba Scripturæ à Spiritu S. dictata, si accepientur ut sonant, & primâ specie, non minus censurâ possent iniquâ exigitari quam verba hominum. Ideo merito S. Chrysostom. l.13. in ep. Rom. col.2. ait: *Nisi cum decenter circumspetione dictiones ipsas deligamus, & ad Apostoli scopus, mentemq; attentius respiciamus, fore, ut hinc absurditates infinite consequantur.* Et infra col.9. explicans illud Roman. 8. Qui in carne sunt Deo placere non possunt. Dicit, inquit, aliquis, quidam corpus nostrum discerpimus, num è carne excudemus, Deo ut placeamus? quidam homicidas ne fieri nos censes ad virtutis gladium ad te deducatos? Vides, quot absurditates ensuantur, si simpliciter experimus quia ab auctore dicuntur?

## CAPVT SEXTVM.

Quinta cauſa vitandorum iudiciorum temerariorum est

Multiplex malitia quæ in talibus iudiciis reperiatur, ideoque non parum offendit Diuinam Majestatem. Sapientia inquit S. Ambrosius in Apol. post David c.1. iudicando, maius peccatum iudicij est, quam peccatum ipsius de quo fuerit iudicatum. Si malum est, inquit S. Chrysostomus homo: 24 in Matth. propria peccata non cernere, duplex iam aut triplex peccatum est, iudicare alios, & in suo oculo trahere absque dolore gestare: omne quippe trahere grauius est. Sed plura sunt peccata in hoc virtio quam tria.

Primo enim, ut plurimum hec iudicia oriuntur ex aliquo defectu contra charitatem, scilicet vel odio, vel auertione animi, vel ira, vel inuidia, vel ex omnibus his simul vnitatis (quia non est insolens haec omnia simul contra eandem personam in uno reperi) ac proinde tunc tale iudicium erit multiplici malitiæ maculatum. Quæ non reperiatur in eo pectora, in quo est

vera charitas: ut quia charitas operis multitudinem peccatorum 1. Petr. 4.v.8. Immò vt dicitur Proverb. 10.v.11. Vniversa delicta operis charitas; hæc enim vt ait Apostolus ad Corinth. 13.v.5. non cogitat malum: tum quia experientia quotidiana docemur illa ipsa, quæ quandoque improbamus in aliis, nos non improbare in iis quos singulariter amamus; immò quandoque (quod vitio non careret) etiam defectus sic amatorum aut laudamus, aut saltem excusatamus. Quare si omnes, uti pareat, amaremus sincerâ & perfectâ dilectione, nullum temere iudicaremus, & condemnaremus. Qui iudicat fratrem Iac. 4.11. iudicat legem: quia inquit S. Thomas 2.2. q.7.4.a.2. ad 3. contemnit preceptum de dilectione proximi.

Secundū, iudicia temeraria oriuntur ex superbia omnium malorum radice: vbi enim est solidia humilitas, efficit, ut homo meliores se iudicet alios, & res alienas suis anteponat, immò potius, ut S. Bernardus & alij SS. Patres aiunt: *Homo sibi ipsi vilescat*, qui autem talis est, nullum ut imperfectionum damnat, excusat omnia, quantum potest.

Tertiū, ex leuitate animi & præcipiti consilio, temeraria iudicia oriuntur: qui enim graviter & mature facta aliorum considerat, non difficile inuenire potest ea, quæ faciant ad excusationem, non vero ad vituperationem & condemnationem, ideoque ut plurimum temere iudicantes alios, & facile condemnantes, pro leuibus haberi solent ab aliis, uti vere esse solent.

Quarto, oriuntur non raro iudiciorum temeritas ex irreuerentia, seu defectu debitæ obseruantie, quos enim pie obseruamus, non tantum exterius, sed etiam in animo non audemus in facta eorum nostris iudicis laxare habendas, scimus sit, dum aliquem contemnimus.

Quinto, oriuntur ex ignorantia sui. Miser homo, inquit Deus Pater S. Catharine Senensi in dial. c. 93. semetipsum ignorando, vult agnoscere patriter & iudicare cor & affectum proximorum: & ex quadam operatione, sive minima verba, statim inconsultè damnabiliter iudicat ea quæ sunt hominibus occultæ, sed amici mei semper iudicant in bonum, quia fundati sunt in me summo bono. Haustmodi vero miseri semper iudicant in malum, quia fundati sunt in miserabilis malo.

Sexto, quæcunque tandem origo talium iudiciorum sit, sunt contra institutam. Sicut enim infamare aliquem, narrando aliquem defectum alterius non certum, est actus iniustitiae, in sententia omnium Doctorum, idque non aliam ob causam, nisi quia hic actus tollit estimationem bonam de alio, ex mentibus aliorum, ad quam infamatus habet aliquod ius, quod est iustitiae obiectum, ita qui apud se etiam solum interius temere iudicat alterum, tollit ex animo suo bonam estimationem, ad

quam

86.

87.

88.

89.

90.

quam temerè iudicatus ius habebat, quia is nō  
habet maius ius ad estimationem quæ est in v-  
no, quam ad eandem quæ est in alio. Ergo qui  
eam in se tollit iudicando temerè alium, erga  
eum est iniustus; multò autem magis, si etiam  
ex ei coram aliis eum condemnnet, quia cō-  
demnando eum infamam, quod si contingat  
cum plenā rationis aduentitia sine probabili-  
bus indicis talis iudicij formandi, & in te ob-  
quam persona sic iudicata notabile detri-  
mentum suæ estimationis patiatur, tunc certò ad-  
mittitur mortale peccatum.

91. Merito ergo Deus Pater S. Catharinae loco  
citate dixit; Ex iudiciis oriri peccata varia contra  
institutam. Ex talibus iudicis, inquit, frequentissimè  
generantur odia, homicidia, detractiones, displicentiae  
contra proximum. Post haec sequuntur folia, videlicet  
verba contra reverentiam, immò potius in vituperium & iniuriam contra me ac in detrimentum  
proximi.

92. Denique hoc certum est, iudicia huiusmodi  
vt ait S. Thomas 2. 2. q. 60. a. 3. ex cordis mali-  
tiā nasci. *Malus*, inquit S. Nazianzenus or. 21. de  
laudibus S. Athanasij, celerrimè adducitur, vt bo-  
num etiam virum condemnaret: *contra vir probus*, ne  
malum quidem facile condemnauerit. Qui enim ad  
vitium minimè proclivus est, & nec facile ad malè de  
alio suspicandum mouetur. Et ut idem ait or. 8. Non  
facile de alio malum suspicatur, qui non facile ad malum  
impellitur. Et Abbas Chæremon apud Cal-  
sianum Coll. 11. c. 10. ait: *Iisdem rituis Monachum*  
*subiaciē certissimum est, quæ in alio inclemē atque*  
*inhumanā severitatem condemnat.* S. Nilus in paren.  
D. 39. Attendamus nobis ipsi & alios non reprehende-  
mus. Et c. 40. Multa enim in nobis sunt, propter quæ  
alios taxamus. Verum dicit: quia vt plurimum  
imperfecti iudicant temerè alios, perfecti verò  
excusant omnia quæ atū licet. *Quemadmodum*  
*columna*, inquit Chrysostomus hom. 38. in  
templo si steterit, accepto pondere amplius con-  
firmatur, si autem modicè obliqua fuerit, suscep-  
tione, non solum non confirmatur, sed amplius va-  
dit ad latus; sic & cor hominis, si rectum fuerit, videns  
opera alicuius viri iusti, aut audiens, per doctrinam sa-  
pientie eius amplius confirmatur; si autem fuerit per-  
uersum cor, videns opera alicuius viri iusti, aut audiens,  
non solum non confirmatur, sed magis ad inuidiam  
excitatur. & magis perueritatur. Ita internus malus  
hominis status, inducit ad malè de aliis iudi-  
candum. Explicat hoc pulchra similitudine S.  
Dorotheus doctr. 16. Contingere, inquit, solet, vt  
aliquis no[n]t consiliat in aliquo loco seu angulo ciuitatis,  
non dico monachum, sed quemlibet alium de ci-  
uitate, accidet, vt iuxta illum pertransiant viri tres,  
& unus quidem ex illis arbitratur eum præstolari so-  
ciū aliquem, vt vñā simul eant ad fornicandum: al-  
ter autem latronem, seu furem eum esse suscipiat: ter-  
tius verò existimat eum vocasse ē vicina domo ami-  
cum suum, & expectare illum, vt vñā simul eant ad  
gratiationem. Ecce hi tres viri eundem hominem, eodem

in loco viderunt: & tamen non eandem opinionem de  
eo habuerunt, neque eandem cogitationem cogita-  
runt, sed aliud quidem primus; aliud secundus; aliud  
tertius mente de eodem conceperunt; quisq[ue] nim-  
rum pro animi sui statu, & mentis dispositione arbi-  
tratus est. *Omnis mores pejimi*, inquit S. Ambro-  
sius libr. de Noë & Arca cap. 30. erroribus del-  
ictantur alienis, non solum erroribus, sed etiam  
iis, quæ ipfis videntur mala esse etiam  
non sit.

S. Dorotheus doctr. 16. *Sicut*, inquit, corpora  
malis humoris quidquid cibi sumperint, quodammodo  
perimunt, licet fuerit cibus optimus, nec à cibo cauta,  
sed à corpore quod dislēperatum, contraria ad diges-  
tionem operatur, & ciborum naturam immutat: si  
anime male dispositæ vnaquaq[ue] res quamvis bona &  
vivilis suo vicio nocet. Finge melis vasculum ante nos  
positum esse, si quis in illud modicum quid absint  
iaciat, nonne vas totum corrumpit? & mel amarus  
facit: idem nos facere videamus, cum pugillo amari-  
dinū nostræ totum proximū bonum corrumpimus, in-  
dicantes illum pro statu mentis nostræ, & transfor-  
mantes quodammodo ipsum ex mala dispositione qua  
in nobis est. Nam qui bēnē animo dispositi sunt, tales  
sunt erga omnes, quales quæ corpus temperatissimum  
habent, qui quidquid nocens comedunt, omnino con-  
uerunt in nutrimentum. Cuius rei ratio est, vt dicit,  
corporis temperamentum sanitas, & bona habitudine,  
qua omnia faciunt, vt quidquid comedunt, bēnē ver-  
tant, bēnē digerant, bēnē concoquunt. Hoc ipsum fe-  
rè multo ante Seneca lib. 5. de benef. scriptum  
reliquerat: *Quomodo*, inquit, stomachus morbo ri-  
tiatus, & colligens bitem, quo[s]cunq[ue] accipit ibis  
mutat, & omne alimentum in easam doloris tra-  
bit, ita animus tacus quidquid illi commisit, ad o-  
nus suum & perniciem & occasionem miseria facit.

His malis cum sint obnoxia iudicia finitima  
de aliis, merito B. Catharina Bononiensis, vi-  
scribit in eius vita nocte P. Iacobus Graleus  
I. 1. c. 14. dicebat, duabus scilicet Moniales infallibili-  
ter posse perire ad gloriam paradisi. Prima scila  
decem gradibus constans est virtus: cuius septimus  
gradus est, Puritas mentis quam dicebat consistere pec-  
uliariter in sentiendo semper bēnē de omnibus, & in  
interpretando semper in bonam partem quamib[us] a-  
ctionem proximorum, nolendo ne quidem cogitatione  
maculare admissione ad eam fide cognitioni supra  
opera aliorum.

## CAPVT SEPTIMVM.

Sexta causa ob quam vitare debemus te-  
meraria iudicis est.

**O**cculta sed iusta Dei dispositio, qui non  
nunquam magnas in servis suis virtutes  
occultare volens, ne vel ab eas possidente, per  
elationem animi pardantur, vel (si hius rei  
non sit periculum) ne ab inexpertis & pseudo-  
politiciis; aut malignis dona Dei calumniam  
patiatur.

# XIX. DE VITANDIS IUDICIIS TEMERARIIS.

648

patiantur, permittit in exiguo aliquos defec-  
tus labi seruos suos.

Talis erat vir ille Sanctus Isaac apud S. Gregorium lib. 3. Dial. c. 14. virtutibus, miraculis, & dono prophetiae praeditus, in quo nimia quædam latitia, reprehensibilis videbatur. Quod S. Gregorius ponderans sic ait: *Magna est omnipotens Dei dispensatio, & plerumque contingit, ut quibus maiora bona prestat, quedam minora non tribuat, ut semper eorum animis habeat, unde se reprehendat, quatenus dum appetunt perfecti esse, & non possint, & laborant in hoc quod non accepunt, nec tamen elaborando prevalent, ne in his que accepta habent, se minime exultant, sed discant, quia ex semetip-  
sis maior bona non habent, qui in senecteipsis vincere parva vita atque extrema non possant. Quemadmo-  
dum Deus in elementis fecit, inquit S. Chrysostomus hom. 26. in 2. Cor. nempe ut & imbecilla ea & praelaria crearet, alterum, ut ipsius potentiam predi-  
carent, alterum, ut hominum errorum prohiberent; sic etiam Sancti & admirabiles & imbecilles erant, ut opere ipso ac rebus ipsis eorum imbecillitas detegetur. Elias est sextimus vir erat, timidus tamen quædoque notatus est. Et Moses item magnus, at hic quoque ob eundem affectionem fugam consuevit (Ex. 2. ill. 3. Reg. 19.)*

98. Alias huius rei causas è diuino lumine haui-  
stas in quadam raptu tradidit B.M. Magdalena  
de Pazzis teste Puccino Confessario in eius vi-  
ta 4. part. c. 3.

Non permittit, inquit, Deus interdum auferri a-  
morem & sensum proprium ab aliquibus animabus,  
quandiu vivunt, et si ob id ea displicant, quia sunt  
impedimentum perfectionis. Ille enim qui est Sapientia  
eterna, vides sine hoc interesse amoris proprii &  
proprii sensus, multas animas non facturas illa bona  
opera qua faciunt: ideo illa non euellit nec exsurpat: ne  
cessit exequi bona opera ad adificationem proximo-  
rum, & augmentum S. Ecclesie: sed tempore messis  
quod erit in fine vite illarum animarum nimirum  
anatricum sui & proprii sensus (del proprio inten-  
dere) puniuntur. Quamvis multo tempore tolerat  
Deus zizania amoris proprii in illa anima, nullus ta-  
men potest reponendam eam in horro vita eterna cu  
semine optimo, nisi prius totum malum consumatur  
igne purgatorij. Similiter iste Sapientissimus Deus  
permittit cum summa prouidentia, ut aliqua anima  
non cognoscant se habere hac zizania amoris pro-  
prii, quia scit si illud cognoscerent, deuenient ad ta-  
lent detectionem animi (sbigottimento) ob quam nil  
boni facerent. Vnde quam diu illud non cognoscunt,  
non possunt illud eradicare. & ita crescit in illis usque  
ad mortem simil cum bono semine. Sed bis animabus  
in tempore messis quod erit in morte, ostendet sibi in  
illis non placuisse hec zizania: quia quod non cognos-  
cunt, sicut defectus illarum, quia fecerint se incapaces  
huius cognitionis, eo quod habuerint cor vile & pusil-  
linum: ideo iudicio supremi iudicis etiam ha mitten-  
tur ad flammas purgatorij.

99. Ex vita S. Ioannis Eleemosynarij cap. 46.  
Lancij Opus. Tom. 2.

fol. 201. Columna 2. apud Roswheydum.

Cum omnibus bonis suis, & hoc Beatus hic (scilicet Ioannes Eleemosynarius) posidebat, quod dictum est non condemnaret proximum, nec condemnantes recipere. Dicam vero & eius doctrinam de hoc omnibus proficiam: Iuuenis quidam sapiens monachus fugit Constantinopolim. Hoc dicens luctus, tristis factus est usque ad mortem. Tempore vero aliquo transacto, confederante eo una dierum in honorabilem cimiciorio cum quibusdam clericis & sermonem anime ritem mouente, venit in medium & memoria iuuenis, qui ancillam Dei rapuerat, & caperum, qui Sancto confidebant, anathematizare talen iuuenem, tanquam qui duas animas perdidat, suam videlicet & sanctimonialis. Compescuit ergo & resecauit eos Beatus, dicens: Ne sic filii, ne sic nam ostendam vobis, quia & vos duo peccata facitis, unum: quia transgre-  
dimini mandatum dicens: Nolite iudicare, ut non  
inducimini: deinde quia nefatis certias, si usque hodie  
peccent, & non penitent.

Legi enim vitam patris, aliquid tale habentem:  
quia in cimitate quadam duo monachi abiuerunt in ministerium. Et cum transiret unus per locum, clamava ei una fornicaria, dicens: Salua me pater, ut Christus merecitur. Ille vero hominem confusionem omnino non curans, dixit ei: Seguere me. Et tenens eam per manum eius, exiit publice de cimitate, omnibus affliccentibus. Facta est ergo fama, quia Abbas accepit mulierem Domnam Porphyriam (ita enim vocabatur mulier,) pergentibus ergo eis, ut mittentes eam in monasterium, inuenient mulier in una Ecclesia paerum in terram projectum, & sustulit eum ut nutritum illam. Itaque post annum quidam venerunt in patriam, ubi erat Abbas & Porphyria, que fuerat de meretricibus: & videntes eam habere paerulum, dicunt ei: Veraciter bonus Abbat pullum genuisti. Non dum enim sanctum schema acceperat. Euntes ergo Tyrum qui vide-  
ranti eam, (inde enim Abbas tulerat illam,) dissenserunt, quia genuit de Abbat Porphyria. & nos vidimus paerulum oculis nostris similantem ei. Quando ergo cognovit ex Deo Abbas obicium suum, dicit nonna Pelagia: sic enim mutauit nomen eius, quando tradi-  
dit ei sanctum schema: Eamus Tyrum, quia habeo illuc responsum, & volo ut venias mecum. Illa vero non valens contradicere ei, secuta est eum: & venerunt ambo, habentes & paerulum sepius annorum existen-  
tem. Cum ergo agrotasset Abbas in infirmitate ad mortem, ascenderunt ad visitationem eius de cimitate usque ad centum animas. Et dicit: Afferte prunas. Itaque cum venisset tharibulum plenum prunis, tulit & euacuauit eas in vestimentum suum. & dixit: Credite fratres, quia sicut Deus rubrum custodiuit incombustum ab igne, sicut nec tunicam hanc meam incende-  
runt pruna ista: ita nec ego agnoui peccatum mulieri, ex quo natus sum. Et omnes mirati sunt, quomo-  
do non ardebat vestimentum ab igne: & glorificauerunt Deum habentem occultos seruos. Ex occasione autem nonna Pelagia quondam meretricis, alia fornicarie secuta sunt eam, abrenunciantes mundo, cum eâ pergentes in monasterium eius. Seruus enim Dei mo-  
nachus,

99.

100.

## CAPUT OCTAVUM.

*Septima causa vitandorum temerariorum  
indiciorum est*

**Q**Via pluta in nobis mala videmus, saltem videre deberemus, quam in aliis, ideo nos potius quam alios condemnare debemus. Hanc ipsam causam Christus afferit Mat. 7. & Luc. 6. ad vitanda iudicia. *Quid, inquit, videt festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides raus quonodo dicit fratri suo: ne festucam de oculo suo, & ecco trabs est in oculo tuo Hypocrita, eiice primò trabem de oculo tuo, & tunc videbis eūcē festucam de oculo fratris tui. Comparuit, inquit S. Dorotheus serm. 6. proximi peccatum festucæ, iudicium verd trabi, vsque ad eō grane & insuauie est proximum indicare, vt ferre omne peccatum excedat.*

Sanè ita est, plura de nobis ipsis reprehensione digna scimus, & quidem certa non sic de aliis: quare si defecatum nostrorum severi effimus censore, alienis non attendemus. Nam ut rectè ait S. Gregorius Papa lib. 5. morale. 10. *Considerata infirmitas propria, mala nobis excusat aliena. Sed contrarium evenit. Vague enim oscula, inquit S. Chrysologus serm. 139. sua casu ad criminis, ad aliena errata perlucet malorum suorum noscius, alienorum est accusator & testis. Aspiciamus ergo nos, & prius mala nostra eiciamus quod dum fecerimus, & omnino sine illo defessa fuerimus, tunc incurrire licebit in novos alienos, sed quia nos ipsi sine his nunquam erimus, ideo ab alienis taxandis abstineamus. Hoc et quod monet S. Bonaventura in Reg. Novitiorum cap. 12. Quando vides defectum fratris, antquam iudices, vide an in te sit simile quid vel equale, & eo relato, te condemnavae vi malum. Quam ad rem facit monitus S. Ioannis Chrysostomi h. 45. ad pop. Constitue super conscientiam indicem rationem, & in medium omnia tibi patrata propon: anima tua peccata scrutare, & panas exige diligenter. Et dic. Cur hoc & hoc ausas es? Et si has quidem fugiat, aliena verò discutiat, dic ad eam: Non de huic iudicio, non pro his venisti te purgatura. Quid enim si ille malus? Quare tu hoc & hoc admisisti? Responde: Noli accusare: tua consideres non aliena.*

## CAPUT NONVM.

*Octava causa fugiendorum indiciorum temerariorum est*

**Q**Via iudicate alios & de aliis, ad Deum tantum eiusque Vicarios spectat: ideo Apostolus, cum ad Rom. 14. v. 3. dixisset: *Is qui manducat (scilicet gentilis conuersus, manducans cibos Iudeis per Moysen veritos, quod Iudeos etiam conuersos offendebat, nondom* plant

nachus, qui totenderat eam postquam sati sicut omnibus, tradidit Deo spiritum in pace. Id est inquit, dico vobis filij, ne precipites ad condemnanda & iudicanda filii aliena. Multoties enim peccatum fornicationis vidimus: penitentiam verò eius, quam fecit occulè, non adspeximus. Et est, quia sursum facientem quemdam vidimus: suspitia vero & lacrymas quas produxit Deo, nescimus. Et nos quidem habemus eum, quem vidimus illum: furem, aut fornicatorem, aut perjurum: apud Deum verò recepta est occulta eius confessio & penitentia, & est ab ipso pretiosissima. Omnes igitur admirabantur super doctrinam industrij pastoris huins atque magistri.

**ROL.** Cum S. Macedonius vir simplex, & qui nec diuinis vacauerat eloquii à Flaviano Episcopo ordinatus esset Episcopus, idque non aduertisset ipse, postquam id resculpsit, incessabat omnes maledictis & conuictis, & accepto baculo quo ob senium innitebatur, ipsum persequebatur Pontificem & alios quotquot aderant, vt scribit B. Theodoretus in Relig. histor. sect. 13. vbi eius miracula & vita asperitatem recenseret.

Immò non tardò cōtingit, vt servi Dei (quod tamen nobis sine Superiorum approbatione faciendum non est, quia id vetatur Regul. 11. Summ.) datā operā ex peculiari diuino instinctu, quædam exterius præferant, quæ tamen in se considerata, verè virtus non sunt, plerumque tamen in imperfectis cerni solent, vi ita pro imperfectis habeantur, & magna Deido na in se celent studio humilitatis. Talis erat admirabilis illi S. Salo, à quo tot res ridiculas hoc fine gestas esse scimus, multis tamen miraculis comprobatam eius sanctimoniam diuinitus nouimus.

**802.** **T**alis erat S. Philippus Nerius, qui vti audiui in concione publica, quam in eius Anniversario habuit Cardinalis Baronius huius Sancti Confessarius, simulabat iracundiam & signa extandescientia animi quandoq[ue] prodebat, vt pro iracundo haberetur. Ideoque idem Sanctus vir, saepuis illud inculcabit: *Qui vult inter vos sapiens esse, nultus fiat.* Noui & ego in Societate aliquos, qui vt magnam opinionem in qua apud alios erant, eorum ex animis evellerent, nec pro Sæcis, (vti habeantur) haberentur, quædam faciebant, verè in se non mala, tamen à malignis condemnati solita: vti sunt conuersatio iucundior, risus facilis, longior ad mensam accubitus, & his similia.

**803.** **A**bbas Agathon moriturus dixit fratribus ser. 2. apud S. Dorotheum: *Longè aliud est, iudicium Dei atque hominum, quæ etiam verba P. lo. Piscator noster morti proximus dixit. Ideo ne feramus malum de illo ex exterioribus rebus iudicium.*

XIX. DE VITANDIS IUDICIIS TEMERARIS. 650

planè purgatos à ritibus Mosaicis, connuentibus ita Apostolis, ne aliqui à Christiana fide desiscerent) non manducantem non spernat: & qui non manducat (scilicet Iudeus) manducantem non iudicet. Subdit causam v.4. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? quasi dicat: ad Deum, qui est Dominus omnium hoc spectat.

106. S. Basilus ser. de abdic. rerum. Si multi, inquit, multis in rebus errata commiserint parva aequa ac magna, in iis obstanti perinaciter perseuerent, nolito tu alienorum te erratorum iudicem constituerere: habent enim ipsi iudicem iustum, qui reddet vniuersique secundum opera sua. Disputat Deo si quis usurpet sibi quod Dei est: unde vt in Vitis Patrum scribitur, cum quidam temerè iudicasset fratrem, cælitus ea vox audita est: Homines in mea iudicia se intruderunt, & iuri/dictionem alienam? Et de Abate Isaac ibidem scribitur: quod cum quandam Congregationem ingressus, quandam ut imperfectum iudicasset, ad cellam rediens, inuenit Angelum, aditum ad cellam præcludem, à quo causam sciscitatus impediti ingressus, hac audiuit: Deus misit me ad te, vt decernas, quo velis eum prestiti Monachum, quem iudicas & condemnasti: quo audito, rubore persitus veniam petui: tunc Angelus: pepercit hoc tibi Deus, in posterum neminem iudica. Deo id relinque.

107. Est constitutus index peccatoris, inquit S. Chrysostomus hom. 43. in Mat. noli tu dignitatem vngeneris, temerario impetu rapere, illi iudicij sedes ac solium conseruantur. Et Deus ipse dixit S. Catharinae Senensi in dial. c. 102. Iudicare intentiones & mentes creaturarum habentium in se rationem, est hoc absoluere columnadum meum.

CAPVT DECIMVM.

*Nona causa vitandorum iudiciorum est.*

108. Qvia qui temeraria iudicia fugiunt, & omnia in bonam partem interpretantur, Domino placent quia sibi attendentes, non ferunt fissilre de aliis iudicia. Qui solliciti sunt ac studiosi, inquit S. Climacus gradu 4. Scipios cautissime attendunt, ne, dum negligenteries quoque iudicant, severius quam illi condemnentur. Idecirò enim, vt reor, iustificatus est Loth, qui cum in flagitorum medio versaretur, nunquam illos penitus iudicasse deprehensus est. Declaravit hoc non semel miraculosis argumentis Deus.

Refert Baronius Anno Christi 599. partem concionis de synaxi S. Anastasijs Sinaitæ Patriarcha Antioch, quæ excitans Auditores vt condonarent inuicem illatas iniurias, id persuadere conatus est tali exemplo, de monacho quodam, qui negligenter in statu suo viuens, & legniter otio vacans, cum morti esset proximus, valde latè moriebatur, nihil metuens: fratribus dicentibus, unde tanta proficietetur

Lancij Opus. Tom. 2.

securitas, scimus te negligenter in deuotione vixisse; respondit verum esse Patres, sed Angelus hac horâ mihi mea peccata descripta ostendit, ego perterritus dixi: ab eo tempore, quo mundū reliqui, & Religiosus factus sum, nullum iudicaui, & omnis iniuria, quæ mihi inficeretur, obliuisceretur, & rogo vt verificentur verba Domini: Nolite iudicare, & non iudicabimini, dimittite, & demitteretur vobis. Hoc quam primum dixi, illum catalogum meorum peccatorum Angelus lacerauit, ideoque cum letitia eo ad Dominum meum: & hoc dicto, spiritum Deo reddidit, reliqua magnâ ædificatione in Auditoribus.

In Chron. minor. i. p. lib. 6. c. 9. Frater Leo & Ruffinus viderunt processionem magnâ Sanctorum Ord. Minor. & in ea unum præ cæteris gloria maiore prædictum, radios sole clariores ex oculis emitentes. Quærit quis esset, responsum est, esse Bernardum de Quintualle primum S. Francisci socium, cuius oculi ita erant splendentes, quia omnia quæ videbat in meliore partem conuertebat, si videbat mēdicum, dicebat iste est pauperior me, si bene vestitum; iste fortè cilicium sub serico portat &c. & hanc ob causam illâ gloriâ ornatus est.

B. Maria Magdalena de Pazzis, vt scribit P. Virgilii Ceparius in eius vita c. 24. vidit quādam Monialē per 16. dies fuisse in purgatorio ob certas causas; sed ob tres virtutes fuisse minutias illas penas. Primo, ob solicitam curam, quam semper habuit conseruandi puritatem & simplicitatem suæ Religionis. Secundo ob magnam charitatem, quam omnibus monialibus exhibebat. Tertio, quia semper omnia in bonam partem trahebat, & bene interpretabatur.

Deus S. Catharinae Senensi inter media perueniendi ad anima puritatem secundum medium dedit in dial. c. 100. neminem indicare, vt, inquit, attingere posset ad unionem atque puritatem istam, nunquam indices in aliqua re quam videris ab aliquo fieri sive dici contra te sive contra alium. Etsi vides etiam peccatum expressum, extrahas ab ista spina rosam odorisferam, videlicet eos offerendo coram me per veram & fraternalm compassionem, & isto modo perueies ad puritatem perfectam. En modo placeant Deo qui fagiunt iudicia temeraria. Et c. 103. Et hoc, & aliud iudicium mihi relinquatis, quia meum est, & non vestrum. Et c. 105. Tu & alijs compassionem habere debetis, iudicium vero mihi relinquatis. Nec mirum est tales Deo placere qui est Sapientia increata, quia videt in his Sapientiam quæ desursum est, quæ vt describit S. Iacobus c. 3. v. 17, est non iudicans, scilicet aliena dicta & facta.

109.

110.

Hhh 2

CAP.

## CAPUT VNDECIMVM.

*Decima causa vitandorum iudiciorum et  
meritorum est*

111.

**Q**via in Christum redundat initia, quam patiuntur temere condemnati. In prato Spirit. cap. 65. scribitur de venerando sene B. Stephano Presbytero: *Quod cum aliquando iver illus grauiter infirmaretur, ex qua infirmitate sancta illa anima migravit a corpore, & egerant illum medici carnem manducare. Erat autem illi frater secularis quidem sed valde religiosus, & secundum Deum vivens factum est autem, cum carnis comedere. Presbyter superuenit frater eius secularis, vidensque illum recidivente carnis, scandalizatus est, & valde contristatus, quod ex tanta abstinentia atque continentia (erat enim Monachus) in extremo vita sua tempore, ad comedendum carnes deuolutus esset. Mox ergo in extasi factus, vidit quandam dicentem sibi, quare sic de Presbytero scandalizatus es quia illum vesci carnis vidisti: Nesci, quia necessitate compulsus, & proprie obediens id fecit? nempe propterea scandalizari non debuisti. Nam si merita & gloriam fratris tui vivere cupis, retro conuertere, & vide. Conuersusque vidit fratrem suum crucifixum cum Domino. sitque ad eum is qui illi apparuerat: Ecce in qua gloria frater tuus est. Cum putamus tali visu offendam innocentiam Stephani temere condemnati innocentiam: nisi ut Christus ostenderet, se quodammodo crucifixum, & in cruce pendentem torqueret, dum eius famili iniquè iudicantur.*

112.

S. Catharina Senensis accito. ad se Confessario suo Raymundo (vti ipse postea scripsit in eius vita) cum ei quædam illo die sibi a Domino reuelata exponeret, & grandis quadam & inuisita aliis referret, Raymundusque de quibusdam cogitaret apud se. Putans vera esse omnia quæ dicit: simulque intendisset in faciem loquentis subito vidit faciem eius, in virtu barbati faciem transformatam, qui fixis oculis in illum respiciens, valde illum terrefecit. Erat autem facies oblonga, aetatis media, barba non prolixa, colore triticeo, maiestatem quamdam præferens, unde manifeste se Dominum ostenderet. O quis est qui, me respicit! Respondit virgo: Ille, qui est, his dictis mox facies illa disparuit, & facies Virginis rediit. Quod ipse Raymundus cum scripisset sibi cotigisse scribit: se coram Deo securè loqui, quia ipse Deus & Pater Domini Nostri Iesu Christi sit, quia non mentior.

113.

Sic cum Maria Gabriella monialis dubitaret de extraibis Catharinæ Ricciæ Dominicanæ, aspicerebat eam in extasi raptam, vidit faciem Catharinae mutatam in faciem Christi, & tunc Catharina apprehenso capite Gabriellæ & lateri suo applicato, dixit existens adhuc in extasi: *Credis tu me esse, Catharinam vel Iesum?*

idque ter interrogauit: cui Gabriella respondit: *Iesum te esse credo.* Et sic dubitatio illa evanuit. Interrogata deinde Catharina, unde profecta esset hæc in vultu eius mutatio? respondit: *Non sum vos eum qui habitat in Domino, Dominum quoque habitare in eo?*

## CAPUT DVODECIMVM.

*Vnde causa esse potest*

**Q**via Deus miraculis ostendit ne temere iudicemus. S. Ephrem, vt scribit Amphiroch, in vita S. Basilij t. 1. Surj. p. 15. 1. Ianuarii, cum Deo reuelante in eremo videlicet columnam ignis, vertice attingentem cælum, & vocem supernè allatam audiuisset: Ephrem, Ephrem, columna ignis quam vidisti magnus Basilij est, comvenisset ad magnam Ecclesiam Cæsarea die Theophaniae, conspecto Basilio in Ecclesiam procedente induito stola candida, Clerico amicto candidis vestibus, desperabat visonis sibi ostensæ veritatem. Ita secum dicens: Nos qui portauimus pondus diei & noctis, nihil consecuti sumus; & hic tantis stipatis turbis, tantoque prædictis dignitate, ignis columna estrid mihi quidem prodigiosum videtur. Eo talia cogitante, mittit Basilio fæmel ac iterum, qui Ephrem in angulo latitante ad se vocet, nominando eum, & cum occultas ei postea aperuisset eius cogitationes, & ante hoc videlicet linguam igneam loquenter per os Basili, agnouit suum errorem.

## CAPUT DECIMVM TERTIVM.

*Duodecima causa est*

**Q**via sæpe bona sunt vel ob necessarium finem fiunt, quæ videntur in expertis mala, S. Philippus Netus teste Gallonio in eius vita lib. 1. anno 151. solebat ante Sacrum, etiam tunc, dum se vestiebat sacris vestibus, distractius vacare operibus, vt diuinos raptus, quos patiebatur, hac sui piâ distractione temperaret: quod tamen eius devotionis ignarus, virtus attribuebat potuisse.

## CAPUT DECIMVM QVARTVM.

*Nunc videndum est quando, & cui licet iudicare, vel non iudicare proximum.*

**P**rima Regula. Res animi internas, à libero arbitrio hominis pendentes, nulli vnguæ keet iudicare; quia haec soli Deo note sunt; etiâ Angelis ignotæ, nisi illas Deus reueleret. Tales sunt in-

terni defectus, desideria, intentiones. Hoc docet Apostolus 1. Cor. 4.v.5. Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Ille enim solus vit inquit Salomon 3. Reg. 8.v.39. nunc cor omnium filiorum hominum. Ita ut quemadmodum inquit lob. cap. vlt. v.2. nulla eum latet cogitatio; idque non tantum presentis, sed omni tempore. Ecclesiastici 42. v.19. cognovit Dominus omnem scientiam, & insperxit in signum cui, annuncians qua praterierunt, & qua superuentura sunt, reuelans vestigia occulorum. Qui ergo temeriter iudicat de internis intentionibus & defectibus, arrogat sibi id quod est proprium Dei, & se Prophetam facit cum nos sit. De talibus loquitur Sapiens Proverbiis 23. v.7. Ne comedas cum homine iuuidi, & ne desideres cibos eius, quoniam in similitudinem arioli & coniectoris affimat quod ignorat.

Eiam S. Ecclesia, vt ponderauit B. Laurentius Iustinianus l.1 de Spirituali anima interitu col. 3. humili freti, prudenciae & usque personarum acceptione cunctos amplissimo charitatis suu suscipit consuentes ad se, in quibus recte fidei sui vocatis confessione. Nam de cordis credulitate, que iustificat hominem, nihil discernere audet, relinquent huiusmodi examen ei, cui soli secreta cordium sunt nota. Hinc querendam presumptosorum est redargienda temeritas, qui nedum proximorum opera discutiunt, verum etiam alieni cordis fecundum iudices. Volunt quippe iudicare quales sint hominum cogitationes, quibus ducentur affectionibus, quid intentione operentur, quoniam spiritu mouentur, quod omnino non licet. Cum nemo scire valeat quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in illo est quanquam per se contingat, quod sibi ipsi ignotus sit. Diversum in se tales reflectant autoritatem, que interiorum sole est capax dum intentionem, cogitationemque abdita penetrare posse se patet. De his legitur sic: Ambulabant in tenebris sicut in meridie. Porro quemadmodum in meridie, ita illi in tenebris ambulare dicendi sunt, qui mentem proximorum profundi confitit curiosi inuestigatrixe perlustrant. Et ex hoc iudice temeraria contingentes, in nobis ignorantia ambulantes merident se afferuisse exultant. Tales Apostolus redargueret ait: Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Praecauda proposita sunt à fideliitate, quae abique peccato fieri utique, cum ex quadam cordis, ut plurimum, temeritate pronement. Ipsi soli cordum sunt humiliter reservanda iudicia, qui in agitatae iudicatura est orbem; luceque sue singulorum hominum lucebras intineat, & sapientiam sua ruerat discernat, adeo ut quicquam ei latere non posse, dicente Apostolus suis est Dei sermo & efficax, & penetrabilior omni glorio accipit, percognitus usque ad diuisiōnēm animarum, ac spiritus, compagnumque & medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Ita ut nulla a creatura invisibilis sit ei: omnia enim munda, & aperca sunt oculis eius. Quamobrem

Lancij Opus. Tom. 2.

scut nemo iudicandus; ita nemo est ab homine damnandus, quantumcumque sceleratus & malus, quamdiu in hac peregrinatione subsistit. Quoniam Dei iudicia, que erga hominum salutem exercentur, incomprehensibilia sunt, adeo, ut nullus sit, qui in eorum consideratione non claudicet. Nam eueniē sepe cognoscimus, ut qui beri nequam fuit, hodie efficiatur bonus. Et qui gehenna filius existimat, in filiorum Dei sit numero computatus. Ad res secunda itaque temeraria iudicia, zizaniorum nobis Dominus in euangelio parabolam posuit, in qua illos compescuit, qui ante tempus messum illam euellere cupiebant, dicentes: Sinite utraque cresceret ne forte eradicare volentes zizania, pariter cum illis eradicaret & triticum. Sic plane in iudicandis proximorum meritis frequentissime coniungit, ut dannetur iustus, accusetur innocens, & electus a Deo, reprobis existimetur. Quid (quod) ante conversionem Paulus fuit? Nonne lupus rapax, persecutor saurus, importunus infidulator, labidusque occisor? De illo quippe sic legitur: Saulus adhuc spirans minarum & cedis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, & petuit ab eo epistolam in Damascum ad Synagogas, ut si quos inuenisset huius via viros ac mulieres, vindicos perdaeret in Hierusalem. At vero ut prostratus est solo corporis cecidat percussus, vocatusque de celo: Saulus, quid me persequeris? agriculto factus mansuetior, ait: Domine quid me vis facere? Quis illum gratia Dei arbitratu non fuisset indignum, cum vidisset eundem discurrere Christianos rapere, ligare, trahere, verbaverare, occidere? Nibilominus vas electionis erat precipuum, ad predicandum nomen Domini coram regibus, & gentibus, & filiis Israël. Maximum in Paulo nobis indicanda neminem prebeat exemplum, quia tamē celeritate, tantēque cum gratiarum abundantia in vitium mutatus est alterum, factusque est praelarium lumen mundi gentium Doctor egregius, Apostolorum collega precipuum, ac Ecclesiarum solicitus gubernator. Erat priusquam vocaretur Matthæus publicanus, lucris deditus immoderatus, telenio publice instrumentis, sola que mundi sunt, quarens, & à Sandororum contubernio segregatus. Hunc ut vidit Dominus, vocavit ad se, in eam domo discubuit, exxit è seculo, & Euangeliam fecit. De infidelitate peccatrice quid memorem, qua inspirata diuinitus in meliusq; matata, facinore sua deplorando correxit? Nam accessit ad Christum cum multis in coniunctu residentem, secus pedes ipsius sedis, quos lauis lachrymis, crine detergit, osculata est Lebisi limata vnguento, nec inde discessit, donec commendata ipsis fidei deuota audire promeruit. Fides tua salutem fecit, vade in pace. Nullus igitur desperaret de se, neque diffidat de altero, veniam apud Dominum posse repire, & gratiam. Cum agnoscat de Saül Paulum, de publicano apostolum, & de famosa peccatrice Dei Sapientiam discipulam sibi effeisse carissimam. Omnes hi viventes in corpore, mortui in anima erant, & tamen per gratiam resuscitati sunt longe excellentius, quam prius. Vix nesse in carne adhuc dignem, in spiritu mortuum suisse resuscitatum ad vitam. Parabolam adolescentis recole, qui consumpto cum meretricibus patrimonio, famis taceo confectus,

Hhh 3 panuendo

pœnitendo ad patrem rediens humanissime exceptus est: primâ stolâ iudicatus, ornatus annulo, atque vitiis saginatis; & cibatus edulio propter quod iniudicatus frater maior indignatus, atque correptus à patre audiuit: Gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus fuerat, & reuixit. & perierat, & inuenitus est. O quantum est haec gratia commendanda, que de atrito contritum, de impio iustum, & de noxio innocentem facit. Et quidem huius gratie occasione offendunt multi, & perirent, trahunturque ad interitum sempiternum, dum illam putant ad vota sibi posse prefari. Attendunt quām bonus sit Deus, quām misericors, quāmne praestabilis super malitia hominum, atque ex quotidiana conuersioribus peccatorum, ipsum erga penitentes intelligunt esse placabilem, praesertim cum per Prophetam pollicitur dicens: Quotiescumque peccator ingenuerit, non recordabor amplius iniquitatum suarum iterumque si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, que operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam, vita viuet, & non morietur, omnium iniquitatibus eius quas operatus est, non recordabor. In iustitia sita, quam operatus est, viuet.

Sic peccauit Simon Pharisæus dicens Luca 7.v.39. Nisi esset Propheta, sciret utique que & qualis esset mulier, qua tangit illum. Et illi quos Christus arguit Matth. 9.v.4. Quid cogitatis mala in cordibus vestris? & Ideo nunquam de rivo cogitandum, vel dicendum est, istud dixit, iuduc fecit, tali intentione malâ, vt se vindicaret, vt hoc vel illud assequeretur, vt auram populari caparet &c.

117. S. Iudor. Peluicta l.2 ep.72. Quanquam arbor mala fructum bonū ferre nequit: at ferre poterit, neq; enim idem sunt, non posse, & potestatem habiturū non esse, verum illud præsens tempus significat, in quo ignarus est ignarus: hoc autem futurum in quo fieri potest, vt qui paulo ante improbus erat, probus efficiatur. Atque hoc cum res ipse clamant mutationem singulis diebus subientes & Scriptura ipse confirmant. Quonam enim modo David lapsus se erexit? Quonam modo Paulus, cum persecutor esset, hanc culpam sancuit; atque eius quævis insectatus fuerat, prece institutus est? Quonam pacto Petrus, postea quam Christum abiuravit, hunc modi labem absolverit? Quonam pacto Numinis salutem consecuti sunt? Quonam pacto latro in paradysum missus est? Cognita igitur pœnitentia diuinæ auxilijs facilitate, iacobov τοιως ὅτι τῆς ἀγωνίας περιγραψεν επτά, qui quia vult, & laborat, atque omnia mouer (neque enim nulla voluntas sufficit) tum addiscit, tum fructum edit, tum salutem assequitur.

118. Secunda Regula, quoad futura. Nunquam est iudicandum malè de proximo, quæcumque tandem sint indicia mala, quia & hoc solus Deus novit. Qui vidisset latronem cum Christo duci ad supplicium, Christum in cruce blasphemantem, vt dicitur in Euangelio, Matt. 27. v. 44. & Mat. 15. 32. dixisset, pessimè moritur; & tamen conuersus est, vt putant etiam bonum latronem blasphemasse, Athanasius serm.

con. om. hæreses, Hilarius, Chrysostom, Theophil. & Euthymius in c. 27. Mat. Iuuenes in Poëmat. Quod etiam probabile putant esse Ambrosius, Hieronymus & Bedæ: sicut unum tantum fuisse latronem putent Cyprianus ser. de Pass. Dom. Cyril. Hieros. catechesi commun. 13. August. l. 3. de cons. Euang. c. 6. Ambros. com. in Luc. Hieron. in c. 27. Matt. Leo serm. de Pass. Greg. c. 27. in Iob c. 16. & Maldonatus) & melius mortuus quam multi iusti post longam vitam diu in sanctitate transactam: nā à Christo audiuit: Hodie mecum eris in paradyso Dei essentiam videbis, vt exponunt Patres. Idē iudicium de Saulo Christianorum persecutore formari poterat: & de Magdalena, & de tota. lit. Hoc monet Apostolus Rom. 14. 4. Tu quid es, qui iudicas alienum seruum? Dominus suo fiat, au. cadit, stabit autem: potens est enim Deus statuerit: id est facere, vt qui nunc iacet in peccato, exurgat ad bonum.

Tertia Regula. Ex exterioribus que in se intrinsecè non sunt mala, sed possunt bene vel male fieri, vel sunt dubia, non est condemnandus proximus nec iudicandus, multo minus accusandus. Quemadmodum statutus est, inquit Senec. ep. 47. qui equum empturus non ipsum impicit, sed statum eius & frena; sic statutissimus est, qui hominem aut ex ueste aut ex conditione que uestis modo nobis circumdata est, estimat. Ne ex ingenio nostra, monet S. Theodorus Studita ser. 90. estimamus alienum, quin suam quemque salutem in abito motu arbitremur, vt cunque foris alius appareat. An non patrum memoriam permulti, qui nihil esse videbantur, in qui aliquid videbantur illustris fuisse? Et S. Nazianzenus or. 21. num. 19. Existimo in dubiis & incertis rebus faciendum nobis esse, vt ad benignitatem & humanitatem propensiones simus, esque qui in culpa sunt, absoluamus potius, quām condamnamus. Si culpæ reos absoluendos censerite iste Sanctus, quanto magis qui culpâ vacant, sed rebus indifferentibus sunt dediti, quæ tibi dispergunt, & tibi similibus.

Ratio est: quia non est causa cur potius male quam bene iudicare debetas, siquidem aquæ potest esse hoc vt illud; & charitas suet, vt de proximo cogitemus quia 1. Cor. 13. 3. Charitas non cogitat malum. Contra hoc peccarunt filii Israël dum ob altare magnum à filiis Ruben & Gad ædificatum iuxta Iordanem, voluerunt pugnare cum illis, & delere possessionem eorum Ios. 22. v. 12. 33. putantes eos ædificasse ad sacrificia in eo offerendo, cum tamen alio fine esset extrectum, quo intellecto, placati sunt v. 28. 30. Contra hoc peccauit Heli, qui ob motum labiorum Annae preces sine voce multiplicantis, æstimauit eam ebriam 1. Reg. 1. v. 12. 13. quæ tamen nihil biberat, quod inebriare posset. Contra hoc peccarunt illi qui Spiritu S. plenos ebrios esse putauerunt Acta. v. 13. & qui Christum condemnabant vt ma-

lum;

lum; quia cum peccatoribus versabatur, ut potatorem vini &c. De talibus S. Augustinus l. 22, contra Faust. c. 46. ait. *Tales homines si aliquem grauen virum iudicrum aliquid garrientem, cum pueris & parvulis viderint, quo eorum lacuum sensum affabili, & muritoria facilitate per pulcrae, tamen quam delirantem reprehendunt, oblitu vnde creuerint, aut ingratu quod creuerint. Mirum magis, monitam a Deo S. Catharinam Senensem in dialog. c. 103, etiam si videretur in visione anima alterius te-nebrisca, eam non debere iudicari. Se numero inter-dicit & fallitur humanum iudicium, inquit S. Chrysostom. hom. 16. ep. Rom. prædictum in rebus dubiis. Non audis, inquit idem S. Chrysostomus h. 45. ad pop. quod Pharisæus vera locutus est, & omnibus dixit manifesta, non latentia reuelauit, (de publicano) extrema tamen dedit ponam: Si vero de manifestis arguere non licet, multò magis de dubiis: habet enim iudicem qui peccauit.*

*Quarta Regula.* Ex exterioribus quae sunt omnino mala, secundum se, ut, si quis priuatus occidat innocentem, si ebrius sit, si blasphemet, eti res ipsæ in se condemnanda sint, tamen non condemnanda persona, sed excusanda, non quod bene fecerit, sed quod fieri potest, ut non peccarit si ex primo motu id fecit, vel inadvertenter, & fieri potest ut is resurgat, & sit Sanctus, tu autem cadas, & non resurgas. Sic David excusat Semei, *Dominus precepit ei Excusa,* inquit S. Bernardus ser. 40. in Cant. intentione si opera non potes, puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum, quod si omnem dissimulationem rei certitudine recusat, suade nihilominus ipse ibi, & dicit a-pud temetipsum, *vehemens fuit nimis tentatio, quid de me illa fecisset, si in me acceperisset similiter potestatem &c.* Nam si & res tales condemnantur, displicet Deo. Nonne contremiscere deberemus, inquit S. Dorotheus ser. 6. cum id quod magno illi semper acciderit audiimus, qui cum audisset quandam ex fratribus in fornicationem cecidisse, dixit: *oh, quam male egit. An nefas fratres, quam horrenda res de ipso narratur in libro seniorum? nam Angelus Sanctus animam illius qui peccarat, cum iam ex hac vita migrasset, ad senem hunc deuult.* & ait illi: *Ecce quem iudicasti vita sanctus es. Quo igitur animam eius iubes deferri, ad calorum regnum, an ad penas eternas?* que horrenda visione adeo percussus est Senior ille sanctissimus, ut totum reliquum vita sua tempus in gemitibus, in lacrymis in innumeris eruminis & laboribus egerit. *Deum absidus, precibus fatigans, & pulsans, veniam tanti sceleris & erroris conuicti, sibi concedere.* Ad pedes itidem Angeli postea cum se prævolueret, & veniam impetrasset, audiuit eum dicentem: *Ecce ostendit tibi Deus, quam graue sit proximum diuidicare, ne posilac amplius rem hanc commiseris. Licet igitur veniam fuerit affectus, nunquam tamen consolationem penitus admisit, nec eius anima vnguam effusauit in lugendo, morte vitam communiasse.* Ponderate duo hic. Primo iudicare, aliquem quod male fecerit, si verè res mala sit ex natura

sua, nullum esse peccatum dicunt Theologi. Secundò, ad summum veniale peccatum erat hoc iudicium, & tamen graue vocatur ab Angelo, & a S. Sene tam diu defletum. Caueamus ergo ne proximum etiam ob res aperte malas condemnemus, sed excusemus. In his, inquit Seneca l. 2. de ira c. 30. *naturam excusemus voluntatem facientem. Puer est qui peccauit, eti donetur, nescit an peccet. Pater est, aut tantum profuit, ut illius iam iniuria ius sit, aut fortasse ipsum hoc meritum eius est, quo offendimus. Sic alia modis alii defendamus.* In vitiis PP. l. 3. num. 139. *Dixit quidam de senioribus, si videris, aliquem peccantem, ne missas culpam in eum, sed in eum qui impugnat eum, dicens: Va. mihi quia iste nolens vicius est, sic ut ego & plange, & inquire Dei solatum, quia omnes decipiuntur.*

*Quinta Regula.* Ex uno actu malo non condemna eundem, nec fac propositiones univer-sales de malitia eius ex uno actu vel duobus; quia qui hodie malus, potest cras esse bonus, vti fuit David, & signum quod hodie fuit index malitia, cras potest non esse. Homines non sunt vt dæmones, quos S. Basilius ideo ait in Serpentis forma: *Euz apparuisse, quia post peccatum non possunt se erigere, & stare sicut non possunt serpentes. Hominis mutatio qua oritur ex mutabilitate liberi arbitrij, in cœsula est, ut non possit ex paucis actibus certum de eo ferri iudicium. Vnde bene Phylemon Philosophus dicebat, se nulla re fatigari magis, quam hominis natura variâ, & inconstanti. Cetera enim beata singula cognoscuntur certò, leo semper est fortis, lepus semper timidus, aquila semper magnanima, vultur semper vorax, columba semper simplex &c. Homo nunc colericus, nunc phlegmaticus, nunc astatus, nunc simplex, nunc magni animi, nunc timidus, nunc huic rei addictus, nunc auersus. Ideo ex uno actu, non potest certum de eo ferri iudicium: immo nec ex pluribus.*

Merito ergo Deus ita docuit S. Catharinam Senensem in dial. c. 102. *Ni defictum proximi tui prius exprefse, non solam semel vel bis, immo sapienter manifestarem in mente tua, non debes in particuliari redarguere illum, in quo tibi videtur esse defictus. Sed in communione corrigerem debes vitia te visitantia charitatib. Quamvis ergo videatur, quod ego tibi pandam defectus alienos, nisi cognoscas exprefse mea esse reuelationem, non arguas in particuliari, sed ambula per viam tutiorum, ut vitare possis astutiam atque fraudem diaboli.*

*Sexta Regula.* Liceret tamen Domino, & iudicari, & Confessariio condemnare ut delinquente, qui vel aliorum certis testimonis, propriâ suâ confessione est deprehensus in delicto. Sed & haec in re benignè procedendum est. Quando tibi videtur in proximo tuo, defictum aliquem agnoscere ait Deus S. Catharinæ Senensi in dial. c. 102, cum quadam humilitate dulci, vna secum et-

121.

122.

123.

124.

iam temetipsam argue. Tunc verò si vitiam illud erit  
in proximo quem corrigerem cupis, absque dubio corri-  
pietur & emendabitur agilius, attendendo se ita dul-  
citer esse reprehensionem.

**125.** *Septima Regula.* Licet Domino & Superiori  
non condemnando nec inclinando iudicium  
ad vnam partem magis, et si nihil certi conclu-  
dat, cumere & cautum esse, ne decipiatur alter,  
ne damnum patiatur. Experienciam enim edociti  
alienorum defectuum possunt præcauere ma-  
la, non definiendo esse commissa, sed timendo  
ne sint. Sicut pauperem domum ingressum  
non licet condemnare ut furem, licet tamen  
cultodire domum, ne si forte is sit ingressus a  
nimo furandi, furetur. Quia de te vide S. Thomam 2.2.q. 60.a.3. Ménochium de præsum-  
ptionibus l.1.q.7.a.1.41. Farinacium 10.2.q.36.  
num.172. & 176.

**126.** *Octava Regula.* Tenetur Superior mala de-  
prehensa hoc modo puniri, ut emendentur  
malisboni vitent. Heli punitus est, quia frigidè  
punituit filios, & punitus irremissibiliter i. Reg.  
3.13.14. ut supra ostensum est.

**127.** *Nona Regula* his omnibus subtilior tradita est  
à Deo S. Catharinae Senensi in dial. c.103. Si  
quando in oratione videres in uno pro quo rogas, al-  
iquid gratie lumen, & in alio non, non debes nec potes  
virtuosè hanc iudicare, quod gravi culpa subiaceat:  
quia frequentissimè huiusmodi iudicium falsum est.  
Multoties enim contingit id non ex defectu suo, sed  
quia ego ab eius anima me substraxi per sensum non  
per gratiam, prout ego frequenter ago, ut anima per-  
ueniat ad perfectionem. Vnde tunc anima non sentit  
aliquam dulcedinem & est arida, sterila, atque pan-  
osa: quam penam etiam extendere permitto usque ad  
animam illius qui orat pro tali. Et hoc ago ex as-  
tuosa charitate quam habeo ad illam animam qua  
recipit orationem, ut ille qui me rogar vna secum ad-  
iunet, ad dissoluendam nubem qua mentem eius obum-  
brauerat. Itaque vides quantum esset arguendus ille,  
qui iudicare vellet ex ista simplici visione. Idem re-  
petit c.103.

#### CAPUT DECIMVMQVINTVM.

*Nec in usu harum Regularum erreremus, &  
peccemus temere iudicando & condem-  
nando alios, hac sint remedia.*

**128.** *Primum.* Assuecamus etiam res aperte ma-  
las non condemnare nisi ad hoc adigat nos  
obligatio conscientia, vel officij superioratus.  
P. Petrus Faber vti scribit Orlandinus in eius  
vita lib.2.cap.22. Principiebat iniurias eorum ali-  
quem vel Societatem, vi si quem forte neum cul-  
pam, gravorem in eorum quopiam animaduerteret,  
cauerent ne non modo lingua, sed ne mente quidem  
temere iudicarent, memores illius Christi vocis: Homo  
quis me constituit iudicem inter vos? seque identi-

dem sic admonerent: Quid tu vitam indicas alienam,  
cum Prepositorum ius sit, non tuum; tuum autem  
non nisi tuorum esse iudicem delictorum: quibus indi-  
candis ne tu satis habebis negatis, si nihil tibi indagare,  
nihil volueris assentari, Seneca que vocem illam pro-  
positam semper habueris: Aliis parce, tibi nunquam.  
Hoc suadebat B. Macarius hom.15. non tantum  
Religiosis, qui perfectiores hac in parte esse  
debent, sed etiam secularibus. Debem, inquit,  
Christiani per omnia contendere, ne quempiam om-  
nino indicent, sive meretricem prostitutam, sive pac-  
atores, aut mordinate viventes; sed similes intentio-  
ne, & paro oculo omnes spectare; ita ut hoc ipsum sa-  
cuique quasi naturale & concretum, nec quempiam  
floci pendat, aut iudicet, neque execretur, aut habita  
in aliquo discrimine. Quia verò lubrica humana  
iudicia & lingua, dum assuecum detestinatur  
aliorum mores, ideo ibidem B. Macarius  
illud quoque canendum ait: Si monachum  
detinueris, ne iudices in corde tuo, sed proinde ac si sens  
esset illum inuere: manum affice quasi non manum;  
claudum, velut rectè incidentem, paralyticum velut  
valentem.

*Secundum remedium.* Si quem cogat iustitiae  
vel officij obligatio in aliorum facta inquire-  
re, non sit præcepis, nec facilè damnet, sed prius  
statum rei bene perficiat. Noli, inquit S. Isidorus Pelusiota lib.1. ep. 310. ad Cyrilum Ale-  
xandrinum, quem tamen in ea iniuste con-  
demnauit, ipse suo monito indigenis, noli, inquit  
violentas sententias ferre, verum illata criminis  
& integro iudicio committe. Quandoquidem Deus  
ipse qui omni a seit antequam oriantur, profusa hu-  
manitate descendere, ac Sodomorum clamorem pa-  
spicere voluit, hinc videlicet nos ad res accurate per-  
scrutandas ac proferendas erudiens. Multum, inquit S.  
Nazianzenus orat. de moderat. in disput. let-  
tanda, dunque versandus est animus, atque con-  
querendus, multa ferenda, quām ut alium impuniti  
damnemus. Et nominatim de Superioribus lo-  
quens S. Chrysost. h.11. in 1.Cor. Oportet, in-  
quit, Doctores & magistros iudicare alios, sed in pe-  
ccatis manifestis, & de quibus constat, idque in tempor  
convenient.

Ita fecerunt boni illi Nauta Ionam demes-  
suri eti consciunt sceleris non statim demerse-  
runt, sed ut ait Rabbi Eleazar, & referat alios  
Montanus Comment. in Ionam. Primo, mi-  
serunt sortem, ut inuenirent sceleris reum, in-  
uento reo, scelusque palam confiteente, non statim  
deturbarent in mare, sed conati sunt ad  
littus appellere, ut ibi Ionam relinqueret. Quia  
vero fluctus non permittebat accessum nauis  
ad littus, tunc ligatum demiserunt in mare, ut  
viderent an eius causa esset illa tempestas. Cu-  
isque mare quietius est, receperunt eum in na-  
uim, & iterum mari furente ob eum receptionem,  
eum iterum demittunt, sedato verò statim ma-  
tri, rursus Ionam in nauim retrahunt, sed com-  
mitti

## XIX. DE VITANDIS IUDICIS TEMERARIIS. 656

tertiò turbaretur mare, tertio demittunt ligatum, mari vero tertio quiescente, tunc tandem fune ablato cum multis protestationibus de qualita eius salute, commiserunt eum vndis, & diuinæ prouidentie. Sic etiam nobis est faciendum, ne simus præcipites in condemnandis aliis, tunc cum debemus damnare aliorum facta. Hoc quia Moses non fecit, condemnauit temerè Aaron & eius filios quod non comedisset hostiam pro peccato, vii facere ex lege Dei tenebantur: sed postquam intellexit præmicerere ob occilos diuinitatis duos Aaronis filios id esse omissum, accepit satisfactionem Leuit.10.v.vlt.

430. Etiam vii sancti indigent hoc monito, quia zelus quo feruent, potest illos impellere ad temerè condemnanda ea, quæ eis ut mala referuntur, ideo non credant facile accusatoribus. Sic S. Isidorus Pelusiota condemnauit S. Cyrilum Alexandrinum graui ad eum scripta admonitione lib.1.ep.310. & 370. deceptus Nestorianorum accusationibus, quasi priuata simulatis impulsu ita insectaretur quosdam Episcopos Ephesi congregatos Nestorio fauentes, sicut Theophylus insectabatur S. Chrysostomum. Immo quid peius est, iisdem credens, putauit à S. Cyrillo Alexandrino credi nam tantum in Christo fuisse natrum, ideo scribens ad illum lib.1.epist.323. ostendit ei ex plurimis S. Athanasij sententiis, ex duabus Christum constare naturis. Sed postea agnitus S. Cyrilli innocentiam lib.1.ep.324. eum horretur, vt pectet in sententiâ suâ contra Nestorianos immobilis. Sic etiam S. Cyrus Alexandrinus noluit ad Ecclesiasticas tabulas nomen Chrysostomi defuncti admittere, & contra id scriptu epistolam longam ad Atticum, quæ est apud Nicephor. l.14.c.27. Sed & diuinâ visione, & à S. Isidoro Pelusiota correctus libr.1. ep.370. errorem suum agnouit, & nomine Chrysostomi in Albo cum aliis Episcopis Catholici posuit, teste Niceph. l.14.c.28.

431. Tertium remedium dat S. Chrysostomus to.4. hom. in Salutate Priscam fin. & b.43. in Matth. Si cupiditate iudicandi iudex esse velis, sed ego tibi ostendam, que magnum questum tibi conferet, aliena vero curiose rimatur, dic ad ipsam: Non ego index in alios, nec tu alios defensura iudicium subiungi. Quid enim ad te, si hic vel ille male vivat, tu cuius rei gratia hoc atque illud delinquisti non defende, accusa vita tua, non aliena. Vide ibidem plura de hoc. Similia docet S. Bonaventura in Reg. Novit. c.12. vt dum videamus aliquod malum, inspiciamus nos ipsos, an etiam talia in nobis

sint, vel æquivalentia: & quia pluriom nostrorum malorum concij sumus, quam alienorum, nostra potius peccata, quam aliena damnum. Cur obsecro, inquit S. Dorotheus serm.6. nosmetipso potius non diuidicamus: cur mala nostra, nostrosque errores, & ea potissimum de quibus rationem reddere Deo debemus, exactè cognoscere non studemus? Cur Dei iudicium nobis usurpamus? quid ad nos de creatura eius? Et infra. Qui salutem assequuntur, minimis proximorum delictis, & erroribus non attendunt, neque ea curiosius inuestigant, sed suâ tantum curantes, proficiunt semper: qualis erat ille, qui cum fratrem suum cecidisse, ac nefcio quid celerâ perpetrasse forte perciperet, ingemissem dixit: Hei mihi, illo bodie, cras vtiq[ue] & ego. Similia suadet Seneca l.7. de benef. Fortasse virtutem de quo queritur in fini inuenies, si te diligenter excusaris, ut meritum in tuum ipsius finum inspuere possis ac debeas, & quories de alio succurriris improba cogitatio dices: hec & ipse commisi. Hoc sensu videtur à Domino dictum Matth.7. Nolite indicare, & non indicabimini. Et Rom.12. Inexcusabilis es ô homo qui iudicas, in quo enim alterum iudicas, te ipsum condemnas, eadem enim agis (vel æquivalentia) qua iudicas.

432. Lib.3. de Vitis PP. numer.130. scribit Rossinus Aquileiensis Presbyter. Peracta Congregatione fratril in Scibis, dum Patres de mulierum vita, & de rebus plurimi loquerentur. Abbas Pior tacebat. Postea vero egressus, tollens saccum, impletum eum arenâ, & portabat in dorso suo; & iterum in alio paruo panno misit alteram arenam, & portabat ante se. Videntes autem ceteri fratres, requisivit ab eo, quod esset hoc exemplum. Et respondit dicens: Iste saccus, qui habet multam arenam, mea peccata sunt, quamplurime iniquitates mea sunt: & ecce dimisi ea post dorsum meum, nolens illa videre, ut pro illis dolorem vel plangam. Et ecce parva hac delicia fratri mei, ante oculos meos posuit, & crucior in ipsis condemnans fratrem. Sed non oportet sic iudicare, sed magis ante me adducere, & de ipsis cogitare, & rogare Deum, ut indulget mihi. Quod audientes Patres, dixerunt: In veritate hac est via salutis. Quanquam, inquit Chrysostomus honi.11. in 1. Corinth. et si quis esset talis qui non peccasset, ne in quidem dignus esset qui vitam aliorum iudicare: Et quod si Paulus qui sibi nihil est conscius, se dicit esse reum, multo magis qui sibi sunt consciij rerum innumerabilium.

433. Quartum remedium. Discamus omnia in bonam partem interpretari studio quoddam peculiari. S. Vincentius Tr. vita spir. c.8. ita monet ut dum alios vides errantes in aliquo, compatiaris ex corde & ora pro eis, & eos in corde tuo quâcum potes excusa: cogitando, quod nec tu potes aliquid, nec ipsi possunt, nisi quantum Christus porrigit manum suam qui non pro meritu tribuit, sed pro sue beneplacito voluntatis. Cum S. Paphnutio apparueret ante mortem Angelus Domini, dicens ad eum: Veniam benedicte, & ingredere ea que tibi debentur a-

eterna

terna tabernacula. Ecce enim adsum Propheta, qui te in suum suscipiant chorum. Et cum sequenti die quidam Presbiteri ad eum visitandum venissent, omnia eis, quae sibi Dominus reuelauerat, nota fecerunt; dicens ad eos, nullum in hoc seculo debere deficere, etiam si latro sit aliquid, aut in scena positus, etiam si cultum ruris exerceat, & coniugio videatur adstricetus, etiam si negotiator dicatur, & mercimonii seruat; tamen in omni ordine humanae vite, sunt animæ Deo placentes, & habentes actu aliquos occultos, quibus delectatur Deus. Et cum similia de singulis quibusque differuerent, tradidit Spiritum. Evidenter autem Presbiteri qui adestant, & omnes fratres viderunt eum ab Angelis suscipi, hymnum canentibus, & collaudantibus Deum. Ita scriptum est in eius vita, descripta in Vitis PP. à nostro P. Heriberto Rosweydo editis libr. 2. pag. 475.

**134.** Solent enim magni Dei servi & valde magni sancti, ut erat S. Philippus Neri, quedam non mala, sed indifferentia facere propter Deum, ut habeantur pro hominibus ordinatis, & visilescant in opinione aliorum, nec tamen condemnandi sunt.

**135.** Ideo qui sunt obnoxii iudiciis temerarii, exequantur consilium Abbatis Pæmenis: Quidam frater requisuit Abbatem Pæmenem, dicens: Quomodo potest homo vitare ne loquatur malum de proximo suo? Respondit senex: Ego & proximum meum duas imagines sumus: cum ergo meam prospexero, & reprehendero me, inuenitur imago fratris mei apud me venerabilis. Quando autem meam laudauerero, inveni fratris mei imaginem prauam respicio. Tunc ergo de alio non detraho, si semper meipsum reprehendo.

**136.** Et Abbatis Hyperichij qui dixit: Melius est comedere carnes & vinum bibere, quam comedere in vituperatione carnes fratrum. Sicut enim susurrans serpens Euam de paradiſo excusit, ita qui de fratre suis detrahit, non suam solam, sed & audientis animam perdit.

**137.** Et diuum Abbatis Ioannis menti infixum habeamus qui solebat dicere: Parvam Sarcinam dimisimus, id est nos ipsos reprehendere, & granem portare elegimus, id est vt nos iustificemus, & alios condemnemus.

**138.** Quidam Timotheus anachoreta, negligenter fratrem aliquem audiens, interrogante ipsius Abbatem, quid illi fratri faceret, dedit consilium ut eum expelleret de cenobio. Cum ergo ille fuisset expulsus, tentatio venit ad Timotheum: & cum ploraret in conspectu Dei, & diceret: Misericordia mea, venit ad eum vox dicens: Timothee, id est tibi haec causa venit, quia fratrem tuum in tempore tentationis sua deflexisti.

**139.** Quidam frater requisuit senem, dicens: Quomodo potest anima humilitatem adipisci? Ille respondit: Si sua tantummodo, & non alterius mala consideret.

**140.** Quidam Senex dixit fratri: Omni die vicinam tibi mortem esse cogita; quasi iam clausus sis in monumento, nihil de hoc seculo cures. Timor Dei ingiter permaneat in te, in omni hora. Cede te hominibus

omnibus inferiorem esse. Non detrahatur alius, quia Deus cognoscit omnia; sed esto pacificus cum omnibus, & dabit tibi Dominus requiem semper.

Frater interrogavit Senem: Quomodo venit timor Dei in hominem? Et dixit Senex: Si habet homo humilitatem & paupertatem, & non iudicet alterum, sic venit in eo timor Domini.

Dixit Senex: Vita Monachi hac est opera, obedientia, meditatio, & vt non iudicet, aut non obloquitur, aut non murmurat. Scriptum est enim: Qui diligunt Dominum, odite malum. Monachi vita basia, non ingredi cum iniusto, neque videre oculis suum malum, neque curiosè agere, neque scrutari, neque audire aliena: neque manus rapere, sed magis tribuire, neque superbire corde, neque cogitatione malignari, neque ventrum implere, sed cum discrezione omnia agere. Ecce in his est monachus.

Dixit Senex: Rogat Deum, ut det luctum in corde tuo & humilitatem: & respice semper in peccatum tuum, & non iudices alios; sed esto fidelius omnibus, & ne habeas amicitias cum muliere, neque cum puto, neque cum hereticis. Abscende à te fiduciam, & retine lingua tuam & ventrem, & absine à vino. Et si quis loquitur tecum de quacunque causa, noli contendere cum eo. Sed si bene dicit, dico; Etiam si autem male, dico ei: Tu sis, quod loqueris. Et ne contendas cum eo de his, qua locutus es, & tunc erit mens tua pacifica.

#### CAPVT DECIMVMSEXTVM.

Quid alij Patres antiqui dixerint & fecerint contra iudicia condemnatus aliorum.

**E**xcat in Vitis Patrum libro quinto, tons libellus nonus. Auctoris Graeci incerti, interpretate Pelagio S.R. Ecclesiæ diacono, postea ad Romanum Pontificatum electo, vt scribit noster Rosweydis Prolegomeno 14. ad Vitas Patrum, & adducit testem R. P. Georgium Garnefelt.

Quidam frater peccauerat, & inquit eum presbyter exire de Ecclesia. Surrexit autem Bessarion, & exiuit cum eo, dicens: Et ego peccator sum.

Frater aliquando in Scibi inuentus est culpabilis, & fecerant Seniores Conventum, & miserant ad Abbatem Moysem, dicentes, vt veniret: ille autem venire noluit. Misit autem ad eum presbyter, dicens: Veni, quia plebs fratrum te expectat. Et ille sargentem venit. Tollens autem securus sponte vetustissimum, impleuit eam arenam. & post se portauit, illi vero exiunxit ei obuiam, dicentes: Quid hoc est, pater? Dicit autem eis Senex: Peccata mea sunt post me currentia, & non video ea, & veni ego hodie iudicare aliena peccata? Illi autem audiennes, nihil locutus fuit fratri, sed ignouerunt ei.

Interrogavit Abbas Joseph Abbatem Pætem, dicens:

147. dicens: Dic quomodo monachus siam. Et dixit ei Senex: Si vis requiem inuenire & in hoc & in futuro seculo, in omni causa dic: Quis sum ego? & me iudicas quemquam.

148. Frater quidam interrogauit eum, iterum, dicens: Si videro culpam fratris mei, bonus est celare eam: Dixit ei Senex: Quacunque horum tegimus peccatum fratris nostri, teget etiam Deus nostrum: & quacunque horum prodiderimus culpam fratrui, & Deus nostrus similiter prodeat.

149. Offendit aliquando frater in congregatione. Erat autem in ipsis locis quidam solitarius, qui iam longo tempore foris non exibat. Veniens autem Abbas de congregatione illa ad eum, indicauit de fratre illo qui offendit. Et ille dixit: Expellite eum. Expulsus aures fratres de congregatione, misit se fossatum, & sibi ibi: contigit autem ut alii fratres euntes ad Abbatem Pastorem audirent eum in fossatu plorantem: qui descendentes ad eum inuenerunt eum in magno dolore constitutum, & rogarunt eum, vt iret ad Señum illum solitarium; & non acqueuit, dicens: In hoc loco moriar ego. Venientes autem fratres ad Abbatem Pastorem, narrauerunt ei de eo: Et roganit eos, ut irent ad eum, dicens: Abbas Pastor vocat te ad se. Quod cum ei dixissent, perrexit ad eum. Et videns eum Senex afflatum, surrexit & oculatus est eum, & adgaudens ei rogarat ut sumere cibum. Misit autem Abbas Pastor vnum de fratribus suis ad illum solitarium, dicens: Audiens de te, muli anni sunt, quid te videre volui, & pro pigritia nostra amborum non posuimus nos inuenire videre: modo autem Deo volente & occasione facta fatiga te vsque hic, vt nos videre possumus: erat enim non egredens de cella sua. Quod cum audisset, dicebat: Nisi Deus inspirasset Seni illi de me, non misseret ad me. Et surgens venit ad eum. Et salutantes se inicitem cum gaudio sederunt. Dixit autem ei Abbas Pastor: Duo homines erant in loco uno, & ambo habebant mortuos suos. Reliquit autem unus mortuum suum, & abiit plorare illius alterius. Audiens autem hoc senex, compunctus est in sermone eius, & recordatus est quod fecerat, & dixit: Pastor sursum in calo, ego autem deorsum in terra.

150. Frater quidam interrogauit Abbatem Pastorem, dicens: Quid facio, quia pusillanimus so dum sedeo: Dixit ei senex: Nullum spernas, neque condemnes & nulli obloquari, & Deus praestabit tibi requiem, & erit sessio tua sine perturbatione.

151. Dixit senex: Non iudices fornicatorem, si castus es; quoniam similiter legem pruaricaris. Etenim qui dicit: Non fornicaris, dicit: Ne iudices.

152. Ad quandam solitarium venit presbyter cuiusdam basilicae, vt consecraret ei oblationem ad communicandum. Veniens autem quidam ad illum solitarium, accusauit apud ipsum eumdem presbyterum. Qui cum ex consuetudine iterum venisset ad eum, vt consecraret oblationem, scandalizatus ille solitarius non aperuit ei. Presbyter autem hoc viro discepit. Et ecce vox sapientiae est ad solitarium, dicens: Tulerunt sibi homines iudicium meum. Et factus est velut in excessu mentis, & ridebat quasi puteum aureum, & fistulam auream,

& funem aureum, & aquam bonam valde. Videbat autem & quendam leprosum haurientem & refundentem in vase, & cupiebat bibere, & non poterat propter quod leprosus esset ille qui hauriebat. Et ecce iterum vox ad eum, dicens: Cur non bibis ex aqua haec quam causam habet qui implet & implet enim solumento & effundit in vase. In se autem reuersus solitarius, & considerans virtutem visionis, vocauit presbyterum, & fecit eum sicut & prius sanctificare sibi oblationem.

153. Fuerunt duo fratres magna vita in congregatione, & meruerunt videre singuli gratiam Dei in alterum. Factum est autem aliquando, vt vnu ex eis egredieretur in sexta feria extra congregationem, & videbat quendam manu comedentem. Dixit autem ei: Hac hora manducas in sexta feria: Diu autem sequens facta est celebratio Missarum secundum consuetudinem. Intuens vero frater eius, vidit gratiam, que ei data fuerat discessisse ab eo. & contristatus est. Qui cum venisset in cellam, dicit ei: Quid fecisti, frater? quia non vidi, sicut pridem, gratiam Dei in te. Ille autem respondens dixit: Ego neque in actu, neque in cogitationibus conscientis mihi sum alicuius mali. Dicit ei frater eius: Nec sermonem odiosum aliquem locutus es? Et recordatus dixit: Etiam, besterna die vidi quendam comedentem manu, & dixi ei: Hac hora manducas in sexta feria: Hoc est peccatum meum: sed labora mecum duas hebdomadas, & rogemus Deum ut mihi indulget. Fecerunt ita: & post duas hebdomadas vidi frater gratiam Dei iterum venientem super fratrem suum; & consolans sunt, Deo, qui solus bonus est, gratias te referunt.

154. Venerunt aliquando senes in Scithi, & erat cum eis Abbas Ioannes Nanus: & dum comedenter, surrexit quidam presbyter vir magnus, vt daret per singulos vasculos aquae paruum ad bibendum: & nemo acqueuit accipere ab eo, nisi solus Ioannes Brevia. Admirati sunt autem ceteri, & dixerunt ei: Quomodo tu cum sis omnium minor, presumpsisti ministerio vis viri senis & magni: Et dicit ei: Ego quando surgo dare aquam gaudeo si omnes biberint, vt mercedem acquiram: nunc igitur propere ego suscepit, vt faciam ei qui surrexit inuenire mercedem, ne sorte etiam contristetur nullo sumente ab eo. Hac cum dixisset, admirati sunt omnes de discretione eius.

